vt aquile iuuētus tua.
Faciēs mīas dñs et iu
diciū: oīb; iniuriā patien
tib; Notas fecit vias suas
moysi: filiis israel vo
luntates suas. Miserator
et miserator dñs: longa
nimis et multū misera
tor. Non iperpetuū ira
scetur: neq in eternū cō
minabitur. Non secūdū
peccata nra fecit nobis:
neq secūdū iniquitates no
stras retribuit nob. Quō
secūdū altitudinē celi a ter
ra: corroborauit mīam
suā super timentes se. Quā
tū distat ortus ab occidē
te: longe fecit a nobis in
iquitates nras. Quomo
do miseretur pater filior:
misertus ē dñs timentib;
se: qm ipe cognouit figmē
tū nrm. Recordat ē qm
pulvis sumus: homo sicut
fenū: dies ei tanq flos a
gri sic efflorebit. Quia spi
ritus pertrānsibit in illo et
nō subsistet: et nō cogno
scet amplius locum suū.
Misia autē dñi ab eterno
et vsq in eternū: sup time
tes eum. Et iustitia illi
in filios filior: his qui ser
uant testamētū ei. Et
memores sūt mandator
ipius: ad faciendum ea.
Dñs in celo parauit se
dem suā: et regnū ipius
oīb; dominabitur. Bene
dicite dño oēs angeli ei:
potētes virtute: facientes
verbū illi ad audiendā vo
cē sermonū ei. Benedica
te dño oēs virtutes ei: mi
nistri ei qui facitis volun
tatē ei. Benedicite dño
oīa opera ei: in oī loco dña
tionis ei benedic aīa mea
domino. Psalmus:
Benedic aīa mea dño:
dñe deus meus mag
nificatus es velexmenter.
Confessionē et decorē
industi: amictus lumine
sicut vestimēto. Exten
dēs celū sicut pellē: qui te
gis aquis superiora ei.
Qui ponis nubē ascensū
tuū: q ambulas sup pēnas
vētorū. Qui facis āgelos
tuos spūs: et ministros tu
os ignē vrentē. Qui fun
dasti terrā sup stabilitatem
suā: nō inclinabitur in scām
sēlī. Byssus sicut vesti
mētū amictus ei: sup mō
tes stabūt aque. Ab īcre
patione tua fugiēt: a voce
tonitrui tui formidabūt.
Ascendūt mōtes et descē
dūt cāpi: in locū quē funda
sti eis. Terminū posuis
ti quē nō trānsgredientur: ne
q cōuertētur operire terrā.
Qui emittis fōtes in cō
uallib;: inter medium mōtiū
pertransibūt aque. Potā
būt omnes bestie agri: ex
pectabūt onagri in sitī sua.

Super ea volucres cel habitabũt: de medio petrarũ dabũt voces. Rigãs mõtes de superioribus suis: de fructu operũ tuorũ saciabitur terra. Producês fenũ umentis: et herbã seruituti hoĩm. Vt educas panẽ de tra: et vinũ letificet cor hoĩs. Vt exhylaret faciẽ in oleo: et panis cor hoĩs cõfirmet. Saturabũtur ligna cãpi: et cedri libani q̃s plãtauit: illic passeres nidificabũt. Herodij domus dux ẽ eor: mõtes excelsi cervis: petra refugiũ ermacijs. Fecit lunam in tẽpora: sol cognouit occasũ suũ. Posuisti tenebras et facta ẽ nox: in ipa pertrãsibũt oĩs bestie silue. Catuli leonũ rugiẽtes vt rapiãt: et querãt a deo escã sibi. Ortus est sol et congregati sũt et in cubilibus suis collocabũntur. Exibit homo ad opꝰ suũ: et ad operationẽ suã vsq; ad vesperũ. Quã magnificata sũt opa tua dñe oĩa in sapiẽcia fecisti: ipleta est terra possessione tua. Hoc mare magnũ et spacioſũ manibus: illic reptilia quor nõ ẽ numerus. Animalia pusilla cũ magnis: illic naues pertransibũt. Draco iste quẽ formasti ad illudendũ ei: oĩa a te expectãt: vt des illis escã in tẽpore. Dante te illis colligẽt: aperiẽte te manum tuã oĩa iplebũtur bonitate. Auertente autẽ te faciẽ turbabũtur: auferes spiritũ eor et defecient: et in pulverẽ suũ reuertentur. Emitte spiritũ tuũ et creabuntur: et renouabis faciẽ terre. Sit gloria domini in seculũ: letabitur dñs in operibus suis. Qui respicit terrã: et facit eã tremere: qui tangit montes et fumigant. Cantabo dño in vita mea: psallam deo meo q̃diu sũ. Iocundũ sit ei eloquiũ meũ: ego vero delectabor in domino. Deficiant peccatores a terra: et iniqui ita vt nõ sint benedic aĩa mea dño.

In capit cōmune sanc
torū secūdū vsū romane
curie ⁊ ntū fratrū inmor

In natali aplorū. In
pmis vespis. añ. Hoc est
preceptū. cū relqs ātuplo
ms. ps. Dixit dñs. In fine
ps. Laudate d. Cp̄z. Eplx.ij.

Fratres iā
non estis
hospites ⁊
aduene: ⁊
estis ciues
sanctorum
et domestici dei: superedi
ficati supra fundamētū

apostolorũ et pphetarũ. Hymn. Exultet celũ. ℣. In omnem terrã exiuit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terre verba eorũ. Ad magn. añ. Tradent enim vos in concilijs et in synagogis suis flagellabũt vos et ante reges et prelides ducemini propter me in testimoniũ illis et gẽtib'. Oro: Oratio. Clemens deus: vt beatus apostolus tuus. N. tuũ pro nobis imploret auxiliũ: vt a nostris reatibus absoluti: a cũctis etiam periculis eruam'. Per. Oro pl'imor apl'orũ. Deus qui nos ãnua apostolorũ tuorũ. N. et N. solempnitate letificas: prestа quesum': vt quorum gaudemus meritis: instruamur ẽ plis. Per do. Ad matutinas. Inuitatoriũ. Regẽ apostolorum dñm. Venite adoremus. ps: Venite. Aliud inuitatoriũ. Gaudete et exultate. Quia nomina vestra scripta sunt in celis. ps: Venite exultem'. Aliud inuitatoriũ. Gaudete et exultate. Dicatur in festis sancti iacobi. sãcti bartholomei. sci matthei. sancti luce. sanctorum sy monis et iude. sancti matthie. sancti barnabe. Hymn. Eterna xpi munera: apostolorum gloriam: laudes canentes debitas letis canam' mentibus. Celestia principes: belli triumphales duces: celestis aule milites: et vera mundi lumina. Deuota sanctorum fides: iuncta spes credentiũ: perfecta xpi charitas: mũdi triumphat principe. In hijs paterna gloria: in hijs voluntas spiritus: exultat in hijs filius: celum repletur gaudio. Ne nunc redemptor quesumus: vt ipor consortiorũ gas precantes seruulos: in sempiterna secula. Amen. In p̃mo nocturno. añ. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. ps: Celi enar. añ. Clamauerunt iusti et dñs exaudiuit eos. ps. Benedicam. Añ. Constitues eos principes super omnẽ terrã memores erũt nominis tui dñe. ps: Eructauit. ℣. In omnem terrã exiuit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terre verba eorũ. Sermo sancti gregorij pape de omelijs euangeliorum. Lectio prima. Scriptum est spiritus dñi ornauit celos. Ornamenta aũt celorum sũt virtutes predicantiũ. Que vide licet ornamenta: paulus enumerat dicens. Alij per spiritum datur sermo sapientie: alij sermo scientie secundum eundem spiritum. Alij fides in eodem spiritu. alij gratia sanitatũ in vno spiritu. alij operatio virtutum. Alij prophetia. alij discretio spirituũ. alij genera linguarum. alij interpretatio sermonũ. Hec autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus: diuidens singulis prout vult. Quot ergo sunt bona predicantiũ: tot sunt ornamenta celorũ. Hinc rursus scriptũ est. Verbo domini celi firmati sunt. Verbum enim dominum: filius est patris. ℟. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum dicit dñs. Estote ergo prudẽtes sicut serpentes et simplices sicut columbe. ℣. Dũ lucẽ habetis credite in lucẽ vt filij lucis sitis. Estote. Lc. ij. Sed eosdem videlicet sanctos apostolos: vt tota simul trinitas ostendatur operata: repente de sancti spiritus diuinitate adiungitur. Et spiritu oris eius: omnis virtus eorũ. Celorum igitur virtus de spiritu sancto sumpta est: quia mundi huius potestatibus contraire nõ presumerent: nisi eos sancti spiritus fortitudo solidasset. Quales nam q; doctores sancte ecclesie ante aduentũ huius spiritus fuerint scimus: et post aduentũ illius cui' fortitudinis facti sint compiscamus. Certe ipe pastor ecclesie petrus: quã

te debilitatis quanteq; formidims ante huius spiritus aduentū fuerit: ancilla hostiaria exquisita dicat. Una enī multiformis voce percussus dum mox timuit: vitam negauit. Et tunc petrus negauit in terra: quando latro confitebatur i cruce. ℟. Tollite iugum meum super vos dicit dñs. et discite quia mitis sum a humilis corde. Jugum enim meū suaue est et onus meū leue. ℣. Et inuenietis requiem animabus vestris. Jugum. Lectio tercia.

Sed vir iste tante formidinis: qualis post aduentū huius spiritus existat audiam. Fit conuentus magistratuū atq; seniorū: cōfisi denūciatur apostolis ne in nomine ihesu loqui deberent. Petrus magna auctoritate respondit. Obedire oportet deo magis q̄ hominibus. Et rursū. Si in conspectu dei iustum est vos potius audire q̄ deū iudicate. Nō enim possumus que audiuim' et vidimus nō loqui. Et illi quidē ibant gaudentes a conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nōie ihesu contumeliam pati. Ecce petrus gaudet in verberibus principū qui antem verbis timuit: a quo primus anselle vocē requisitus timuit: post aduēt̄ū spūs sancti vires principū ecclesie premit. ℟. Dum steteritis ante reges et presides nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enī vobis in illa hora quid loquamini. ℣. Nō enī vos estis qui loquimini. sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Dabitur enim vobis. In secundo nocturno. aū. Primates populorū congregati sunt cum deo abrahā. ps Omnes gentes. aū. Deus hereditatem timentibus nomen tuū dñe. ps: Exaudi deus deprecationem. ℣. Constitues eos principes super omnē terrā. ℟. Memores erunt nois tui domine. Lectio:

Illet oculos fidei: in virtute huius opificis attollere: atq; sparsim patres noui testamenti ac veteris considerare. Et ecce apertis oculis fidei. dauid. amos. damelem. petrū paulū. matheū mirifice: a sanct' iste spiritus qualis sit artifex considerare volo: si in ipa mea considerationē defixio. Implet namq; cythara eū puerum: et psalmistam facit. Implet pastorem armenta rū siccomoros vellicantem et prophetam facit. Implet absinentem pueri: et iudicē senū facit. Implet piscatorem: et predicatorem facit. Implet persecutorem a doctorem gentū facit. Implet publicanū: a euāgelistam facit. ℟. Vidi cōiunctos viros habētes splēdidas vestes et angelus dñi locutus est ad me dicens. Isti sunt vim sancti facti amici dei. ℣. Vidi angelū dei fortem volantem p medi celum voce magna clamantem et dicentem. Isti sunt vim. Lectio.

Valis est iste artifex spiritus. Nulla ad dicendum mora agitur in omne quod voluerit. Mox enim vt tetigerit mentem docet: solūq; tetigisse docuisse est. Nā humanū cor subito illustrat a īmutat. Abnegat hoc repente quod erat: et exhibet qđ non erat. Pensemus fac tres tos predicatores nostros: quales iste spiritus fecerit. Certe qui in vno cō clausi proditorū metu residebant: nationatis sue singuli linguam noverant: et tamen nec lingua ea ipsa quā noverāt aperte xp̄m loqui presumebant. Venit spiritus sanctus: et mox eos docuit per diuersitatem linguarū: et in mente exauctoritate roborauit. ℟m. Beati eritis cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint a dixerit omne malum aduersum

vos mentientes propter me. Gaudete et exultate: quoniam merces vestra copiosa ē in celis. ℣. Cū vos oderint homines et cū separauerint vos et exprobrauerint et eiecerint nomen vestrū tanq̄ malum propter filium hoīs. Gaudete ⁊ exultate. Leō. vj.

EXperimur itaq; et ī aliena lingua christum predicare: qui de illo prius et in sua lingua loqui metuebant. Inflammatū enim cor: despectat tormenta corporis: que ante metuebat: vicit vi carnalis formidinis: pre amore conditoris. Et qui prius suis aduersarijs succumbebant formidine: eis iā preerant auctoritate. Qui ergo in tante celsitudinis cōs culmē euect⁹: quid aliud direrim nisi q̄ mentes carnalū celos fecat. Si ergo remanere carnales nolumus: hūc fratres carissimi vnufica tem spiritum amemus. Sed quia caro spiritum nescat: dicat fortasse apō se carnali cogitatione aliquis. Quomodo diligē valeo: quem ignoro. R̄. Isti sunt triumphatores et amici dei qui contemnentes iussa principū: meruerunt premia eterna. Isto do coronantur ⁊ accipiunt palmam. ℣. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione et lauerunt stolas suas in sāguine agni. Isto do coronantur. Glozia pī. Eodo. In tercio noct'. añ. Exaltabuntur cornua iusti alleluya. ps: Confitebimur. añ. Lux orta est iusto alleluya ⁊ rectis cor de letitia alla. ps: Dñs regnauit exultet. Ant'. Custodiebant testimonia eius et precepta eius alla. Ps: Dñs regn̄. trascātur. ℣. Nimis honorati sunt amici tui deus. R̄. Nimis confortatus est principat⁹ eorum. Secundum iohānem. Lectio septima.

IN illo tempore: dixit ihūs discipulis suis. Hoc ē preceptum meum: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Et reliq̄. Omelia

beati greḡ. pape. Cum cūcta sacra eloquia dominicas plena sint preceptis: quid est q̄ de sola dilectione quasi de singulari mandato dñs dicit: hoc est preceptum meum: vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. nisi quia omne mandatū de sola dilectione est: ⁊ omnia vnū preceptum sunt. Quia quicquid precipitur in sola charitate solidatur. Vt enim multi arboris rami ex vna radice prodeunt: sic multe virtutes ex vna charitate generantur. Nec habet aliq̄d viriditatis animus bonoperis: si non manet in radice charitatis. Precepta ergo dominica et multa sunt et vna: multa p diuersitatem opens: vnū in radice charitatis. R̄. Isti sunt qui vicentes in carne plantauerunt ecclesiam sāguine suo pn̄ sunt de terris corpora dorum separata Quorum merita sūt in celis coequata. ℣. In omnē terram exiuit sonus eorū: et in fines orbis terre verba eorum. Quorum merita sūt in celis. Lectio octaua.

QUaliter autē ista dilectio sit tenenda ipe insinuat qui ī plerisq; scripture sue sententijs: et amicos iubet diligi in se. et inimicos diligi propter se. Ille enim veraciter charitatē habet: qui et amicum diligit in deum: et inimicum diligit propter deum. Nam sunt nōnulli qui diligūt proximos: sed per affectū cognationis et carnis: q̄ bus tamen in hac dilectione sacra eloquia nō cōtradicunt. Sed aliud est quod sponte impēditur nature: aliud quod preceptis dominicis et charitate debetur obediēcie. Hinimicū et proximū diligunt: et tamen illa sublimia dilectionis premia non assequūtur: quia amorem suū non spiritualiter sed carnaliter ipendunt. R̄. Isti sunt viri sancti quos elegit dñs in charitate non ficta et dedit eis gloriā sempiternam. Quorū doctrina fulget ecclesia vt sol ⁊ luna. ℣. Sancti per fidem vicerunt regna operati sūt

usticiam adepti sunt repro
missiones. Quorũ doctria.
Glosa. Quorũ. Lectõ. ix.

ROmãe cum dñs
diceret hoc est pre
ceptum meũ vt diligatis
iuicem: protinus addidit
sicut dilexi vos. ac si aper
te diceret. Adhoc amate:
ad quod amaui vos. Qua
re fratres charissimi so
lerter intuendum est: q
antiquus hostis dũ men
tem nostram ad rerum
temporaliũ dilectionem
trahit: infirmiorem cõ
tra nos proximũ excitat:
qui ea ipsa que diligun
auferre moliatur. Hec cu
rat antiquus hostis hec
faciens: vt terrena tollat:
sed vt charitatem in no
bis feriat. Nam in odio
repente exardescimus: et
dum foris inuicti cẽ ca
pimus intus grauiter
ferimur. Dum parua fo
ris defendimus: ius ma
xima amittimus: quã
dum rem diligimus tẽ
poralem: veram amitti
mus dilectionem. Rem.
Fuerunt sine querela ante
dominũ et ab inuicem non
sunt separati. Lectem dñ
biberunt et amici dei appel
lati sunt. ℣. Tradiderunt
corpora sua propter deum
ad supplicia ideo coronãtur
et acceptunt palmam. La
ctem. Glosa. Calicem.

Item de apostolis de
sermone sancti gregorij
pape in omelijs euange
liorum // Lectio

Si ergo remanere
carnales nolumꝰ:
hunc fratres charissimi
viuificanten spiritum
amemus. Sed qua ca
ro spiritum nescit: dicat
fortasse carnali cogitatio
one apud semetipsum. Quo
modo diligere valeo quẽ
ignoro? Hoc et nos con
cedimus: qua mens
visibilibus intenta: vi
dere non valet inuisibilẽ.
Nulla enim nisi visibili
a cogitat: eaq; et cũ nõ
agit eorum imagines
introrsus trahit: dum
q; ymaginibus corpore
is subiacet: tangere ad i
corporea nõ valet. Et in
de fit vt tanto deterius
creatorem nesciat: q̃to
familiarius in cogitatõe
sua creaturam corporeã
portat. Lectio:

Sed cum deum vi
dere non possiumꝰ
habemus aliquid quod
agamus: vnde iter fiat
quo ad deũ nostre intel
ligentie oculus venat.
Certe quem in se nullo
modo videre possumus
hunc in seruis suis tam
videre possumus: quos
dum mira cõspicamus
agere: certum nobis fit
in eorum mentibꝰ deũ
habitare. In re autem i
corporea a rebus corpo
ralibus vsum trahamꝰ.
Nemo etenim nostrum
oriente sole clare: i spe
ram illius intendendo
valet conspicere: qua
tenus in eius radios ocul
reuerberantur. Sed dũ
sole illustratos montes
aspicimus: quia tã sol
ortus est videmus. Lectõ.

Qui ergo solẽ iusti
ciae in seipso vi
dere non possumus: illu
stratos montes claritate
eius videamus: sanctos
videlicet apostolos: qui
virtutibus emicãt: in
quibus coruscant: quos
nati solis claritas perfu
dit: et cum in seipso inuisi
bilis sit: per hos quasi no
bis per illustratos mõtes
se visibilem prebuit. Vir
tus enim diuinitatis in se
quasi sol in celo est. virtꝰ
diuinitatis in hominibꝰ:
sol in terra. Solem ergo
iusticiae intuemur in ter
ra: quem videre non pos
sumus in celo: vt dũ in
offenso pede operis p hũc
in terram gradimur: ad
intuendum eum quãdo
q; oculos et in celum le
uemus. Lectio:

Sed quia in offenso
pede iter nostrum
in terra agitur: si deus ac
proximus integra mente
diligatur: diligamus de
um: amemus proximũ.
Nec enim deus vere sine
proximo: nec proximus
vere diligitur sine deo.
Hinc est q; spũssanctus
bis legitur discipulis da
tus: primo a dño in terra
de gente: secundo dño ce
lo presidente. In tin q;pe
datur vt diligatur proxi
mus e celo vero vt dili

gatur deus. Sed cur prius in terra postmodum e celo: nisi patenter datur intelligi: quia iuxta iohannis vocem qui nō diligit fratrem suū quē videt: deum quem non videt quomodo potest diligere. Lectio:

Aligamus ergo proximū fratres: amemus eū qui iuxta nos ē: vt peruenire valeamus ad amorem eius qui supra nos est. Addetur mens in proximo q̄ exhibeat deo vt perfecte meatur in deo gaudere cū proximo. Ad istū finē toto amore tendamus: in quo sine fine letabimī. Ibi supernorum ciuium societas sancta. ibi solēpnitas certa. ibi requies secura. ibi pax vera. que nobis iam non reliquitur sed datur per dīm nostrum ihesū xp̄m filiū. qui viuit et regnat cū deo patre in vnitate spiritusancti deus per omnia secula seculorū. Amē. Tu autem domine. Item de apostolis sermo sancti augustini episcopi. Lcō.

Audistis frēs charissimum dominū dicentem discipulis suis. Hec locutus sum vobis vt gaudium meum in vobis sit: et gaudiū vestrum impleatur. Quod est gaudium xp̄i in nobis: nisi q̄ dignat' gaudere de nobis. Quod est gaudiū nostrum quod dicatur implendū: nisi eius habere consortium. Propter quod beato petro dixerat: si nō lauero te non habebis patrem meum. Gaudiū ergo eius in nobis gratia ipsius est quam prestitit nobis: ipsa est ⁊ gaudiū nostrū. Sed de hac illo etiam ante mundi cōstitutionem et hominis susceptionem i sua eternitate gaudebat: quādo elegit nos ante mundi constitutionem. Lectio:

Nec tamen recte possumus dicere q̄ gaudium eius plenum non erat. Non cū deus imperfecte aliquando gaudebat: sed illud eius gaudiū nobis nō erat: quia nec nos in quibus esse posset iam eramus. Nec quando esse cepim⁹ cū illo esse cepimus. In ipso autem semper erat: qui nos suos futuros esse certissima sue prescie veritate gaudebat. Pro inde gaudiū iam ipse de nobis perfectū habebat: quando nos prescendo ⁊ predestinādo gaudebat. Neq; enim vllus in illo eius gaudio metus esse poterat: ne forte nō fieret quod se facturū esse prescebat. Sed neq; cū id facere cepisset quod se facturū prescinit: gaudiū eius quod beatum est creuit. Alioquin beatior factus est: quia nos fecit. Absit hoc fratres. Dei beatitudo nec minor fuerat sine nobis: nec fit maior ex nobis. Lectio.

Audium igitur eius de salute nīa quod in illo semper fuit cum prescinit et predestinauit nos: cepit esse in nobis quando vocauit nos. Et hoc gaudium merito nostrū dicimus: quo et nos beati futuri sumus. Sed hoc gaudiū nostrū creat et proficit: et ad suam perfectionem perseverando protendit. Ergo inchoatur in fide renascentiū: ꝑficitur autem in premio resurgentiū. Ecce vnde dictū estimo: hec locutus sum vobis: vt gaudiū meum in vobis sit: et gaudium vestrum impleatur. In vobis sit meum: impleatur vestrum. Lectio:

Semper erat meū plenū: et anteq̄ vocaremur: cum vocādi a me prescirem⁹: sed fit et in vobis: cum hoc efficimur quod prescinit de vobis. Impleatur autem iam vestrum: quia beati eritis quod nōdū estis: sicut creati estis qd non fuistis. Beati mō eritis si precepta mea obseruaueritis. Hoc est autem preceptum meum: vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos. Siue dicatur preceptum siue mādatum: ex vno verbo

greco vtrūq; iterpretat quod est entole. Jā vero et istam sententiam dixerat vbi ait. ¶Mandatum nouū do vobis: vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos: vt et vos diligatis inuicem. Lectio.

Nemus itaq; mandati repetitio commendatio est. ¶si quod ibi dictum est mandatū nouū do vobis. hic autē hoc est mandatum meū. Jbi tamq; nō fuerit ante tale mandatū. hic tāq; non sit aliud eius mandatum. Sed ibi dictum est nouū: ne i vetustate nostra perseueremus: hic dictū est meum: ne cōtēpnendū putemus. Quod autē hic dixit. hoc ē preceptum meum velut nō sit aliud: quid putam fratres mei? ¶Nunquid nam solū eius de ista dilectione mandatum est qua diligamus inuicē. ¶Nonne est aliud mandatum: vt diligamus deū. Aut vero nobis de sola dilectione deus mandauit: vt alia non inquiramus:

Quia certe Lectio. cōmēdat apostol' dicens. ¶Manent autem fides spes charitas tria hec maior autem horū est charitas. Et si i charitate hoc est in dilectione concluduntur duo illa precepta: maior tamē dicta est hec sola. De fide igitur nobis: q̄ multa mandata sunt: q̄ multa de spe: quis potest cuncta colligere: quis enumerando sufficere. Sed intuemur quod ait idem apostolus. Plenitudo legis est charitas. Ubi ergo ē charitas: quidē quod possit deesse: vbi autem non est: quid est quod possit prodesse? Demon credit nec diligit: nemo enim diligit: qui nō credit. Frustra quidem sed tamen posset spem rem amam qui non diligit: nemo autem potest despirare qui diligit. Lectio:

Jemq; vbi dilectio est: ibi necessario fides et spes. Et vbi dilectio proximi: ibi necessario dilectio dei. Qui enī non diligit deum: quo modo diligit proximū tanq; seipm quando quidem non diligit seipm. Est quippe impius et inquus. Qui autē diligit inquitatem nō plane diligit: sed odit animam suam. Hoc ergo preceptū dñi teneamus: vt nos inuicem diligamus et q̄c quid aliud precepit faciamus: quoniam quicquid est aliud hic habemus. Discernitur quippe ista dilectio: ab ea dilectione qua se inuicem diligunt homines sicut homines. Nam vt discerneretur adiunctum est: sicut dilexi vos. Lectio.

Quid autem dilexit nos christus: nisi vt possimus regnare cum ipo? Ad hoc ergo et nos inuicē diligamus: vt dilectionem nostrā discernamus a ceteris: qui non ad hoc se inuicē diligunt: quia nec diligunt. Qui autē se propter habendum deum diligunt: ipi se diligunt. Ergo vt se diligant deū diligunt. Non est hec dilectio in omnibus hominibus: pauci se propter diligunt: vt sit deus oia in omnibus. ¶Multi autē se diligunt que sua sunt querentes in omnibus. Tu autem dñe. Lectio sancti euangelij secundū iohānē. xiij. Lectio. vij.

Hoc est preceptum meū vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Et reliqua. De omelia sancti gregorij pape:

Omnis quippe qui nostra tollit inuicem odium est. Sed si odio cepimus habere inuicem: iustus est quod perimus. Cū ergo aliquid ceteris a proximo patimur contra occultum raptorem vigilemus qui nūq̄ melius vincitur nisi cū raptor ceteros amatur. Una quippe et suma est probatio charitatis: si et ipse diligitur qui aduersatur. Hinc est q̄ ipsa veritas et cruas patibulum fustinet: et tamen ipis suis persecutoribus affectum dilectionis ipēdit dicēs.

Pater ignosce eis quia nesciunt quid faciunt. Quid ergo mirū si ūum eos diligunt discipli dū viuunt. quando et tūc inimicos diligit magister cū occiditur. Lectō. vij.

Talis itaq; dilectionis summam: dñs exprimit cum subiūgit. Maiorē hac dilectionem nemo habet. vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Non etiam pro inimicis dñs venerat. et tamen positurū se animā pro amicis dicebat: vt profecto nobis ostenderet: quia cui diligendo lucrū facere de inimicis possumus: etiā ipsi amici sunt qui persecuntur. Sed ecce nos vsq; ad mortem nemo persequitur. Vnde ergo probare possumus an diligamus? Sed est quod in pace ecclesie debeat fieri. vnde clarescat si persecutionis tempore mouet dilectione valeam. Lcō. ix.

Certe isdem beatus iohannes i epistola sua dicat. Qui habuerit substantiam mundi huius et viderit fratrē suū necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in illo? Hinc etiam beatus iohannes baptista ait. Qui habet duas tunicas: det vnā non habenti. Qui ergo tranquillitatis tempore non dat pro deo tunicā suam: quando in persecutione daturus ē animā suam? Virtus ergo charitatis vt inuicta sit in perturbatione: nutriat̄ per misericordiā i tranquillitate: quatenus oī potenti deo primū discat sua impendere: post modum sc. Sequitur.

Vos amici mei estis si feceritis que precipio vobis. Optata est misericordia conditoris nostri. Serui digni nō fuimus: et amici vocamur. Lectio sancti euangelij secūdum iohannē. xv. Lcō. vij.

In illo tempore: Dixit ihūs discipulis suis. Hec mando vobis vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. Et reliq̄.

Omelia sancti augustini episcopi.

In lectionem cuā gelica que hanc antecedit dixerat dñs: nō vos me elegistis sed ego elegi vos: et posui vos vt eatis et fructū afferatis? et fructus vester maneat: vt quodcūq; petieritis patrem in nomine meo det vobis. De quibus verbis iam quod dedit dñs discipulis se me meminisse. Hic autem dicit sequēti scilicet lectione: quā ei recaturetur modo audistis. Hec mando vobis vt diligatis inuicem: ac per hoc intelligere debemus hunc ē fructum nostrum. de quo ante ait: ego vos elegi vt eatis et fructum afferatis: et fructus vester maneat Et quod adiūxit vt qd̄cūq; petieritis patrē in nomine meo det vobis tunc vtiq; dabit nobis: si diligamus inuicē: cū hoc ipm̄ dederit nobis: qui nos elegit non habētes fructum: quia non eum nos elegeramus: et posuit nos vt fructū afferamus: hoc est inuicem diligamus quē fructū sine illo afferre non possumus: sicut palmites facere sine vite nichil possunt. Lectio octaua.

Charitas ergo ē fructus noster: quam definuit apostolus de corde puro et conscientia bona: et fide non ficta. Hanc diligamus inuicem: hanc diligamus deum. Hanc enim vera dilectione diligeremus inuicem nisi diligentes deum. Diligit enim vnusquisq; proximū suū tanq̄ seipsum: si diligit deum. Nam si deum non diligit: non diligit seipm̄. In his autem charitatis duobus precepti: tota lex pendet et prophete. Hinc ē fructus noster. De fructu itaq; nobis mandans: hoc mādo vobis inquit: vt diligatis inuicem. Vnde et apostolus paulus cum contra opm̄ carnis commendare fructū spiritus vellet: a capite hoc posuit.

fructus inquit spiritus est charitas. Ac deinde ceteri tanq̃ ex isto capite exorta: et relicta conte xuit. que sunt: gnauui. pax. longanimitas. benignitas. bonitas. fides. mansuetudo. cõtinẽtia.

Quis ait | Lcõ. ix. bene gaudet nisi qui bonũ diligit unde gaudet? Quis pacem uerã: nisi cum illo potest habere quem ueraciter diligit? Quis est longanimis in bono perseuerãter manendo: nisi feruecat diligendo? Quis ẽ benignus nisi diligat cui opitulatur. Quis est bonus nisi diligendo efficiatur? Quis salubriter fidelis: nisi ea fide que per dilectionem operatur? Quis utiliter mansuetus: cui nõ dilectio moderetur? Quis ab eo continet unde turpatur: nisi diligat unde honestatur. Merito itaq; magister bonus dilectionem sic sepe commendat tanq̃ sola precipienda sit: sine qua non possunt prodesse cetera bona: et q̃ non potest haberi sine ceteris bonis quibus homo efficiatur bonus. Item de eadem beati augustini episcopi. omi'. Lctõ. vij.

Tento itaq; magister bonus dilectionem sic sepe commẽdat tanq̃ sola precipiẽda sit: sine qua non possunt prodesse cetera bona et que non potest haberi sine ceteris bonis: quibus homo efficiatur bonus. Pro hac autem dilectione patienter debemus mũdi etiam odia sustinere. Necesse est enim ut nos oderit: quos cernit nolle quod diligit. Sed plurimũ nos de seipso dns cõsolatur: qui cũ dixisset hec mando uobis ut diligatis inuicem. adiecit atq; ait. Si mũdus uos odit: scitote quia me priorem uobis odio habuit. Cur ergo membrũ superbiendo cervicem se extollit? Nec causas esse in corpore: si non uis odiũ mundi sustinere cũ capite. Ic. vm.

Si de mundo iquit essetis: mundus quod suũ erat diligeret. Animaduerte hec utiq; dicat ecclesie: quam plerumq; etiam mundi nomine appellat: sicut est illud. Deus erat in christo: mũdum reconsilians sibi. Item illud. Non uenit filius hominis ut iudicet mundum: sed ut saluetur mundus per eum. Totus ergo mundus ecclesia est: et totus mũdus odit ecclesiã. Iudicandus ergo odit mundũ: unum eus reconciliatum: dãpnatus saluatum. iquinatus mundatum. Sed ille mundus quem deus in xpõ reconciliat sibi et qm per xpm saluatur: et cui omnia peccata per xpm donantur: de mũdo electus est immico dampnato contaminato. Ex eadem quippe massa: que sic tota in adam periit q̃ nequaq̃ reconciliationis spes ablata fuit: fuit uasa misericordie in quibus est mundus pertinẽs ad reconciliationem: quã odit mundus ex eadem massa: pertinens ad uasa ire: que profecto relicta sunt ad perditionẽ. Denicq; cum dixisset dns: si de mundo fuissetis: mundus quod suũ erat diligeret: continuo subiunxit. Quia uero de mundo nõ estis: sed ego elegi uos de mundo: propterea odit uos mundus. Lecho. ix.

Ergo ipsi inde erãt unde ut non essẽt electi sunt inde: nõ meritis suis quorum nulla precesserant bona opera: non natura que fuerat tota per liberũ arbitriũ in ipa radice uiciata: sed gratuita id est uera grã. Qui cũ de mũdo mundum elegit: fecit quod elegit non cũ inuenisset nisi fecisset: quia reliquie per electionẽ salue facte sunt. Si autem gratia inquit apostolus: iã non er operibus alioquin gratia iam non gratia. Si autem queratur quomodo se diligat mundus perditionis qui odit mũdũ redemptionis: diligit se falsa dilectione nõ uera. et proinde falso se diligit

et vere odit. Qui enī dili
git iniquitatem odit am
mam suam. Sed diligere
se dicatur qui iniquitatē
qua iniquus ē diligit. ⁊
rursus odisse se dicatur:
qui quod ei nocet diligit.

In festis euangelistā
rum omnia que de cōmu
ni sunt requirenda: diū
tius de cōmūn apostolo
rum preter lectiones que hic
ponūtur. Sermo sancti
gregorij pape sup ezechie
lem in expositionib⁹. Lc. i.

Sancta quattuor
animalia que pro
phetice spiritu futura pre
uidentur subtili narrati
one describuntur cum di
catur. Quatuor facies v
ni: et quatuor penne vni.
Quid per faciem nisi no
ticia? et quid per pennam
nisi volatus exprimitur?
Per faciem quippe vnus
quisq; cognoscitur: per pē
nam vero in altum animi
corpora subleuantur. Fa
cies itaq; ad fidē pertinet.
penna ad contemplatio
nem. Per fidem namq; ab
omnipotenti deo cognos
cimur siant ipe de suis om
nibus dicat. Ego sū pastor
bonus et cognosco oues
meas et cognoscunt me
mee. Qui rursus ait. Ē
go sco quos elegerī. Per
contemplacionem vero
qua super nosmetipos
tollimur: quasi in alem
leuamur. Lectio .ii.

Quatuor enī sunt
facies vni: qua si
requiras quid mathxus
de incarnatione domini
sentiat: hoc inuenies quod marcus lucas ⁊ io
hannes. Si queras qd
iohannes sentiat. hoc
inuenies qd lucas mar
cus et mathxus. Si que
ras quid marcus: hoc
quod mathxus lucas et
iohannes. Si queras
quid lucas: hoc quod io
hannes mathxus ⁊ mar
cus. Quatuor ergo fa
ces vni sunt: quia notia
a fidei qua cognoscitur
a deo ipsa est in vno: q̄ ē
simul in quattuor. Quic
quid enim in vno inueue
ris: hoc in omnibus si
mul quattuor recognos
ces. Et quattuor penne
vni: quia omnipotētis
dei filiū dominū ihxsum
xp̄m omnes concorditer
predicant: et ad diuini
tatem eius mētis oculos
leuantes: penna contem
plationis volant. Leo. vj.

Euangelistarum
ergo facies ad hu
manitatem dñi ptinet:
penna ad diuinitatem:
quia in eū quē corporeū
aspiciunt quasi facie m
intendunt. Sed hūc dū
esse in circumscriptū atq;
incorporeum ex diuini
tate annūciant per con
templationis pennam:
quasi in aera leuantur.
Quia itaq; et vna ē fides
incarnationis eius ī om
nibus ⁊ par contēplatio
diuinitatis in singulis:
recte nunc dicatur. Quat
tuor facies vni. et quat
tuor penne vni. Sed q̄
virtus esset: si fidē atq;
contemplationem dñi
habentes predicatores
illius opera non haberēt.
Sequitur: Et pedes eor̄:
pedes recti. Quid per pe
des: nisi gressus actuum
designantur. Quatuor
ergo animaliū pedes:
recti esse designantur q;
sanctorū euangelistarū
atq; omniū perfectorum
opera ad sequendū in
quitatem non sunt retor
ta. De sermone sācti gre
gorij pape in expositione
ezechielis. Lectio. iij.

Et pedes eor̄ pedes
recti. Qui p pedes
nisi gressus actuum desi
gnantur. Quatuor ergo
animaliū pedes recti esse
designantur. qua sanc
torum euangelistarum
atq; omniū pfectorum
opera: ad sequendā in
quitatem non sunt retor
ta. Hi autē pedes rectos
non habent: qui ad ma
la mundi que relinquant
reflectuntur: de quibus
scriptum est. Canis reū
sus ad vomitum suum:
et sus lota ī volutabro lu
ti. Dolebat de quibusdā
doctor egregius: q̄ pdiū
rectitudinem retro retror
serant quibus per increpa
tionem dicebat. Quo
modo conuertimini ite
rū ad infirma ⁊ egena
elementa mūdi: quibꝰ
denuo seruire vultis?

Dies obſeruatis et tempora et annos: timeo ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis. Quibus etiam alias ãmonet dicens. Propter qđ remiſſas manus et diſſoluta genua erigite: et rectos greſſus facite pedibus veſtris. Lectio quinta.

Ut vero in eiſdẽ predicatoribus ſanctis vite grauitas. fortitudo atq; diſcretio monſtrare tur recte ſubnuit. Et planta pedis eorum: vt planta pedis vituli. Qđ enim predicatores ſãctorum nomine deſignantur docet paulus apoſtolus legis teſtimonium exponens: non obturabis os bouj triturãti. In ſãctis ergo predicatoribus plãta eſt pedis vituli ſi licet mature incedens: et fortis: et diuiſa: qua vnuſquiſq; predicator et venerationem habet in maturitate: et fortitudinem in opere: et diuiſionem vngule in diſcretione. Non enim facile predicatio eius accipitur: ſi leuis in moribꝰ eſſe videatur. Et nulla erit maturitatis oſtẽſio: ſi contra aduerſa omĩa non affluent operis fortitudo. Lectio ſexta.

Fortitudo autẽ meritum ipſa fortitudo operis amittit: ſi diſcretu intellectu non fuerit. Ecce enim dum ſacram ſcripturam legimus: ſi omnia ad litteram ſentiamus: virtutẽ diſcretionis amittimus. Si omnia ad ſpiritualẽ allegoriam ducimus: ſimiliter indiſcretionis ſtultitia laborãmus. legũt enim ſacra eloquia ſancti predicatores: et aliqñ in hyſtoria litteram ſuſcipiunt: aliquãdo vero per ſignificationẽ litteræ ſpiritum requirunt. Et modo ergo facta bona p̃cedentium patrũ ſicut iuxta hyſtoriã immutãda inueniunt mutantur: modo quedam iuxta litteram mutanda nõ ſũt etiam ſpiritualiter ĩtelligunt: et ad ſuũ profectum tendunt: quid aliud ergo ſancti predicatores in ſuo opere faciunt niſi q̃ in pede vngulam findunt. Lectio ſancti euangelij ſecundum lucam. x. Lectio. vij.

In illo tempore. Deſignauit dñs et alios ſeptuaginta duos: et miſit illos binos ante faciem ſuam: in omnem ciuitatem et locum quo erat ipſe venturus. Et reliqua. Omelia ſci gregorij pape:

Dominus ſaluator noſter fratres chariſſimi aliquãdo nos ſermonibus: aliquãdo vero operibus ammonet. Ipſa etenim facta eius precepta ſunt: quia dũ aliquid tacitus facit: quid agere debeamus monetſat. Ecce enĩ binos in predicationem diſcipulos mittit: quia duo ſunt precepta charitatis dei videlicet amor et proximi et minus q̃ inter duos haberi charitas nõ poteſt. Nemo enim proprie ad ſemetipſum habere charitatem dicitur: ſed dilectio ſemper alterũ tendit: vt eſſe charitas poſſit. Binos ergo ad p̃dicandum dñs diſcipulos mittit quatinus per hoc nobis tacitus iuuat: quia qui charitatẽ erga alterum non habet: predicationis officiũ ſuſcipere nullatenus debet.

Bene aũt Lẽo viij. dicitur quia miſit eos ante faciem ſuã: in omnem ciuitatem et locum quo erat ipſe venturus. Predicatores enĩ ſuos dñs ſequitur. quia predicatio precedunt: et tunc ad mentis noſtre habitaculũ dñs venit. Verba exhortationis p̃currunt: atq; per hoc veritas in mente ſuſcipit. Hinc namq; eiſdem predicatoribus pſalmus dicit. Parate viam dñi: rectas facite ſemitas dei noſtri. Hinc illius pſalmiſta ait. Ite facite ei qui aſcendit ſuper occaſum. Super occaſũ namq; dñs aſcẽdit: qua vnde in paſſione occubuit: inde maiorem gloriam ſuã reſurgẽdo

manifestauit. Super occa
sum videlicet ascendit:
quia mortem quam per
tulit resurgendo calcauit.
Et ergo qui ascendit sup
occasum iter faciamus: ei
nos gloriam eius vestris
mentibus predicamus:
vt eas et ipse post venies
per amoris sui presentia
illustret. Lectio nona.

Iesus autem predi
catoribus: quid di
cat audiamus. Messis
quidem multa: operarii
autem pauci. Rogate er
go dominum messis vt mit
tat operarios in messem
suam. Jam messis mul
ta sed operarii pauci sunt
quod sine graui merore
loqui non possumus: qz
et si sunt qui bona audi
ant: desunt qui diant.
Ecce sacerdotibus plenus
est mundus: sed tamen
in messe dei rarus valde in
uenitur operarius: quia
officium quod sacerdotale
suscepimus: sed opus of
ficij non implemus. Sed
pensate fratres charissi:
pensate quod dicatur. Ro
gate dominum messis: vt
mittat operarios in messem
suam. Vos pro nobis pe
tite vt digna in vobis
operari valeamus: ne ab
exhortatione lingua tor
peat: ne postq̃ locum pre
dicationis suscepimus:
apud iustum iudicem
nostra nos taciturnitas
addicat. Item de eadem
beati gregorij pape ome
lia. Lectio septima.

Rogate ergo dñm
messis: vt mittat
operarios in mensam suam.
Vos pro nobis petite.
vt digna in vobis ope
rari valeamus: ne ab
exhortatione lingua tor
peat. ne postq̃ locum pre
dicationis suscepimus:
apud iustum iudicem
nostra nos taciturnitas
addicat. Sepe enim pro
sua nequicia predican
tium lingua restringitur:
sepe vero ex subiectorum
culpa agitur: vt eis qui
presunt predicationis
sermo subtrahatur. Ex
sua quippe nequitia pre
dicantis lingua restrin
gitur sicut psalmista ait.
Peccatori autem dixit
deus. Quare tu enarras
iustitias meas? Et rur
sum exercitio subditorum
vox predicantium prohi
betur: sicut ad ezechielem
dñs dicit. Linguam tuam
adherere faciam palato
tuo: et eris mutus nec
quasi vir obiurgans:
quia domus exasperans
est. Ac si aperte dicat.
Idcirco tibi predicatio
nis sermo subtrahitur:
quia dum me in suis ac
tibus plebs exasperat:
non est digna cui exhor
tacio fiat. Lectio. vij:

Ex cuius ergo vitio
predicatori ser
mo subtrahitur non fa
cile agnoscitur. Quia
vero pastoris taciturni
tas aliquando sibi: sepe
autem subditis nocet:
certissime patitur. Sed vti
nam si ad predicationis
virtutem non sufficiam:
loci tamen mei officium
innocentia vite teneam.
Nam subditur. Ecce ego
mitto vos sicut agnos in
ter lupos. Stulti enim cum
regiminis curam suscu
piunt. ad laceranda sibi
ditos mordacitate: terrore
potestatis exhibent. et
quibus prodesse debue
rant nocent. Et qua cha
ritatis viscera non habent:
dum videri appetunt: pa
tres se esse minime reco
gnoscunt. Humilitatis
locum in elationem domi
nationis immutant. Et si
quando extrinsecus blan
diuntur: intrinsecus se
munt. De quibus alias
veritas dicit. Veniunt
ad vos in vestimentis o
uium: intrinsecus autem
sunt lupi rapaces. Leo. ix.

Considerandum
nobis est: qua si
cut agni inter lupos mit
timur: vt sensum seruantes
innocentie morsu malitie
non habeamus. Qui enim
locum predicationis sus
cepit mala inferre non de
bet sed tolerare: vt ex ipsa
sua mansuetudine: mi
seuientium mitiget et
peccatorum vulnera in
aliis ipse afflictionibus
vulneratus sanet. Que
et si quando zelus recti
tudinis exigit vt erga
subditos seuiat: furor

ipx de amore sit non de cu
delitate: quatinus q iuua
disapline fons exhibeat:
et intus paterna pietate
diligat: quos foris qua
si insequendo castigat.
Quod tunc bene rector
exhibet cum semsim dil
gere per amorem ꝓuatũ
nescit cũ nulla que mũ
di sunt appetit: cũ terre
ne cupiditatis oneribus
nequaq; mentis colla sup
ponit. In natali vñ
martyris ad vs. Ophm.
Beatus vir
qui inuen
tus est sine
macula: et
qui post aurũ nõ abiit:
nec speruit in pecunie
thesauris: quis est hic q
laudabimus cũ: fecit ẽ
mirabilia i vita sua. Ky.
Deus tuorũ militũ:
sors et corona pre
mũ: laudes canentes
martyris: absolue nexu
criminis. Hic nempe
mundi gaudia: et blan
dimenta noxia: caduca
rite deputans: perueni
ad celestia. Penas cu
currit fortiter: q sustulit
viriliter: protexit effundẽs
sanguinem: eterna dona
possidet. Oratio
tu supplices: te poscimus
pyssime: in hoc triũpho
martyris: dimitte nostra
seruulis. Laus et pr
hẽns gloria: deo patri
et filio: sancto simul pa
racleto: in sempiterna
secula. Amen. ℣. Gloria
et honore coronasti eũ dñe.
℟. Et constituisti eũ sup
opera manuũ tuarũ. Ad
magnificat. añ. Iste sãc
tus pro lege dei sua certa
uit vsq; ad mortem: et a
verbis impiorum non ti
muit: fundatus enim erat
supra firmam petrã. Pro
martyre non pontifice.
Oratio
sumus omnipo
tens deus: vt qui beati.
N. martyris tui natali
cia colimus: intercessio
ne eius in tua nomina
more roboremur. Per
dñm. Ad eosdem. Dio.
Oratio
sumus omnipotẽs deus:
vt intercedente beato. N.
martyre tuo: a cunctis
aduersitatibus liberem

in corpore: et a prauis co
gitationibus mundemur
in mente. Per dominũ.
Pro pontifice martyre.
Oraciones sequentes:
Infirmitatẽ nostrã
respice omnipotẽs
deus: et quia pondus p
prie actionis grauat: be
ati. N. martyris tui at
q; pontificis intercessio
gloriosa nos protegat.
Per dominum. Oratio.
Deus qui nos beati. ꝑ
martyris tui atq;
pontificis ãma solẽpni
tate letificas: cõcede pro
picius vt cuius natalicia
colimus: de eius etiã
protectione gaudeamus.
Per dñm. Ad matutinas
Inuitat'. Regẽ martyrũ
dñm. Venite adoremus.
ps. Venite exultemus. ỹm̃.
Deus tuorũ militũ.
In primo nocturno. añ.
In lege dñi sua voluntas
eius die ac nocte. ps. Bea
tus vir. añ: Predicas pre
ceptum dñi constitutus est
in monte sancto eius. ps:
Quare fre. añ. Voce mea
ad dñm clamaui et exaudi
uit me de monte sancto suo.

ps: Dñe quid. ỹ. Gloria
et honore coronasti eum
dñe. ℟. Et constituisti eũ
super opera manuũ tuarũ.
Sermo sci augustini. Itẽ
prima scdã vel quarta.
Omnibus sanctis
ns fratres dilectissi
mi: christianorum tempora
predicta sunt. Hoc ideo:
quia futurum erat vt reges
terre qui propter regnum
persequebantur xpianos
propter xpm regnum dele
rent: et subiugaretur eis
potestas iugo xpi: vt im
pleretur quod dictum est:
Ultus sum eos: Quid e
ultus sum eos: Vindicaui
me de ipsis. Vindicaui me
de ipsis inimicis meis. Quo
me vindicaui: Occiden
do inimicos eius catholicã
do fidem. Corpus enim
xpi loquitur. Quicquid
enim in omnibus malis
persequebatur xpianos
delectum est. ℟. Iste sanct'
pro lege dei sua certauit vsq;
ad mortem et a verbis impio
rum non timuit. Fundatus
enim erat supra firmã petrã.
℣. Iste est qui contempsit
vitam mundi et peruenit

ad celestia regna. ffundatus.

Homo enī Leō. ij. quando te psequ tur: noli attendere figu ram illam quā fecat deus: aut animam illam quā spiraut deus. Non te p sequitur quod fecat deus: sed malicia quam fecat homo. Omnia quecūq; fecat deus: laudāt dñm. Audistis in benedictio nibus: et audistis in oī solempnitate quando le guntur: qñ omnia lau dant deum celestia terrest tria angeli homines: lu minaria celi arbores fre: flumina: maria. Quicūd deus creauit: siue in celo siue in terra: siue i mari laudat deum. ℟. Justus germinabit sicut liliū. Et florebit in eternū añ dñm. ℣. Plantatus in domo dñi in atriis domus dei nostri. Et florebit. Lectio. iij.

Numquid aliquan do ibi audistis: q laudat deū auaricia. Nūquid aliquando ibi audi stis quia laudat deum ebriositas? Numquid ali quando ibi audistis q laudat deum luxuria? Nū quid aliquando ibi au distis: quia laudat deū lxrefis? Omnia ista qua re non laudant deum? Quia non sunt creata a deo. Et arbor seruauit quod creata est: homo deleuit quod erectus est. Si seruasset in se bonū quod in illo creauit deus id est ymaginem suam: semper laudaret deum: non solum lingua: sed et vita. ℟. Iste cognouit iusticiam et vidit mirabi lia magna et exaltauit altis simū. Et inuentus est in numero sanctorum. ℣. Iste est qui contempsit vitam mundi et peruenit ad cele stia regna. Et inuentus. Gloria patri. Et inuentus.

In secundo nocturno. añ. Filij hominū satorte quia dñs sanctum suū mirifica uit. Ps: Cū inuocarem. añ. Sanctorum voluntā tis tue coronasti eū dñe. Ps. Verba mea. añ. In vniuersa terra gloria et ho nore coronasti eum. Ps: Dñe dñs nr. ℣. Posui sti dñe super caput eius.

℟. Coronam de lapide pre ciosō. Lectio quarta.

Ergo predicta sūt et tempora nostra. Sed in temporib; nostris predicta sunt futura scis mata. Quomodo ergo pu gnauit illa ecclesia cōtra dyabolum: sic et ista pu gnat. Numquid cessat pugnare aduersus dya bolum? Sic dictū est de dyabolo: quia leo et dra co est. leo propter īpetū: draco propter insidias. Leo aperte nascitur: Dra co occulte insidiat. Pu gnauit ecclesia prioribus temporibus aduersus le onem: pugnat modo ad uersus draconem. Sed quo modo victus est leo vinci tur et draco. ℟. Honestū fecit illum dñs et custodiuit eum ab inimicis et a seduc toribus tutauit illum. Et dedit illi claritatem eternā. ℣. Descendit q; cum illo in foueam et in vinculis non dereliquit eum. Et de dit illi claritatem. Lectio. v.

De fortitudo leonis contra illū leonē de quo dictum est: vicit

leo de tribu iuda. Et que fortitudo draconis contra mortem dñi qui suspen dit serpentem in ligno. Triumphauit enī de mor te quam dyabolus propi gnauerat per astucias su as homum. Et cum eral taret moyses serpentem i deserto in ligno: populi qui mordebātur a serpēte attendebat serpentem et sanabatur. Sic et modo quecūq; momorderit a stutia a sathane: intueat xpm in ligno pendentem: ibi enim mors occisa est: dominus autem semper viuit. Sed vt occideret mortem vestitus ē morte. ℟. Desiderium animę eius tribuisti ei dñe. Et volun tate labiorum eius nō fraudasti eum. ℣. Quoniam pre uenisti eum in benedictio nibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Et voluntate labiorum eius. Lectio. vj.

Non enim potuit mors mori nisi in vita. Non moritur amaritudo nisi in dulcedine: non moritur frigus nisi

m calore non ē mortua
mors nisi in vita. Quis
est vita? Christus deus
noster. Sed vita inducta
erat morte: cruci fixus est
mortuus est ⁊ resurrexit:
tota vita interfecta morte
et deglutita morte iam
vita resurrexit: vt de illo
diceret apostolus. Scim⁹
quia christus iam non
moritur et mors illi vl
tra non dominabitur.
Quia autē dominata ē
primo mors: volenti do
minata est. ℟. Stolam io
cunditatis induit eū dñs.
Et coronam pulchritudis
posuit super caput eius. ℣.
Libauit illum dñs pane
vite et intellectus: ⁊ aquā
sapiētie salutaris potauit
illum. Et coronam pulchri
tudinis. Gloria pī ⁊ filio.
Et coronam pulchritudis.
In tercio nocturno ant̄.
Justus dñs et iusticias di
lexit equitatem vidit vul⁹
eius. ps̄: In dño confido.
Ant̄. Habitabit in taberna
culo tuo requiescet in mōte
sancto tuo. ps̄: Dñe quis
habi. Ant̄. Posuisti domine
super caput eius: coronam
de lapide preciosō. ps̄: Dñe
in virtute tua. ℣. Magna
est gloria eius in salutari tu
o. ℟. Gloriam et magnum
decorem impones super eum.
Lō sancti euangelij secū
dum lucā. cui⁹. Lectō. vij.
In illo tēpore: Di
xit ihūs turbis.
Si quis venit ad me et
non odit patrem suum:
et matrem et vxorem et
filios et fratres ⁊ sorores.
adhuc autem et animā
suam: non potest meus
esse discipulus. Et relq̄.
Omelia sancti gregorij
Si consideremus fratres dā
nissimi: que et q̄ta sunt
que nobis promittūtur
in celis: vilescunt animo
omnia que habentur in
terris. Terrena nāq; sub
stantia superne felicitati
comparata: pondus est
non subsidium. Tempo
ralis vita eterne vite cō
parata: mors est potius
dicenda q̄ vita. Ipse cū
quotidianus defectus
corruptionis: quid ē ali
ud q̄ quedā prolixitas
mortis? Que nā lingua
dicere vel quis intellectus
capere sufficiat illa supne
ciuitatis q̄ta sint gau
dia: angelorum chorus
interesse: cū beatissimus
spiritibus glorie condi
tor assistere: presentē
dei vultū cernere i circum
scriptum lumen videre:
nullo mortis metu affici:
incorruptionis perpetue
munere letari. ℟. Corona
aurea super caput eius: Ex
pressa signo sanctitatis glie
honorus et opus fortitudis.
℣. Quoniam preuenisti
eum in benedictionibus
dulcedinis. posuisti in capi
te eius coronam de lapide
preciosō. Expressa. Itō: vij.
Sed adhuc audita
mardescat animꝰ:
iamq; illuc cupit assistere
vbi se sperat sine fine gau
dere. Sed ad magna pre
mia peruenire nō potest:
nisi per magnos labores.
Unde paulus egregius
predicator dicit. Non co
ronabitur nisi qui legit
time certauerit. Delectat
igitur mentem magnitu
do premiorū: sed non de
terreat certamē laborū.
Unde adse vementibus
veritas dicit: Si quis ve
nit ad me et non odit pa
trem suū et matrem ⁊ vxo
rem et filios et fratres ⁊ so
rores. adhuc autem ⁊ a
nimam suā non potest
meus esse discipulus. Tu
autem dñe. ℟. Hic ē vere
martyr qui pro xpi nomie
sanguinem suū fudit. Qui
minas iudicum nō timuit
nec terrene dignitatis glo
riam quesiuit sed ad celesti
a regna peruenit. ℣. Justū
deduxit dñs per vias rectas:
et ostendit illi regnum dei.
Qui minas. Gloria patri.
Qui minas. Lectio. ix.
Sed per cuncta libet
quomodo parētes
et carnaliter propinquos
precipimur odisse: qui
iubemur et inimicos dili
gere. Et certe de vxore ve
ritas dicit. Quod deus
coniunxit: homo nō se
paret. Et paulus ait: vi
ri diligite vxores vras
sicut et xpūs ecclesiam.
Ecce discipulus vxorem
diligendam predicat:
cū magister dicat. Qui
vxorem non odit nō po

test meus esse discipulus. Nunquid aliud iudex mi
cat: aliud preco clamat? An simul et odisse possim
et diligere? Sed si vi prec
epti perpendimus vtrūq;
agere per discretionē vale
mus: vt eos qui nobis car
nis cognatione coniuncti
sunt: et quos proximos
nominus diligamus: et
quos aduersarios in via
dei patimur odiendo et
fugiendo nesciam. Qua
si enim per odiū diligitur
qui carnaliter sapiens dū
praua nobis ingerit non
auditur. ℟. Domine prę
uenisti eum in benedictiom
bus dulcedinis. Posuisti i
capite eius coronam de la
pide preciosо. ℣. Vitam pe
tiit a te tribuisti ei domine
longitudinem dierū i seculū seculi. Posuisti. Glia pri.
Posuisti. Responsorū in
praescriptum octauo loco
pom precipue consueuit
in festo sancti martyris q
aut exilio aut alio genere
mortis passus ē sine san
guinis effusione. Resi
duū sermonis de sermone
sancti augustini epi. Lect.

Tua autem domi
nata est primo mor
volenti dominari est. in
flauit se aduersus eū sa
telles: time iudex a quo
iudicabatur erexit cerucē
et ait. Non michi respon
des. Rugitus sicut leonis
tument colla serpentis. Se
dentur ad responsionem
agni: qui nouit occidere
leonem. Audi quia volē
ti dominata ē mors. Cū
enim hec ab illo audiret.
Respondit. Non haberes
in me potestatem vllam
nisi tibi de super data fuis
set. Quis dedit desuper
letica seculi gaudere que
rentes: serere in gaudio
falso videamur quod cū
luctu et lacrimis reapere
compellamur: qua non
mentitur ille qui in euā
gelio dixit. Ve vobis q̄
ridetis nunc: quia luge
bitis et flebitis. Flāmas
duces inuenire meruit i
nferno: qui delicatose q̄
tidie vuiens indebatur
purpura et bysso. Lectio.

Os vero frēs cha
rissimi quantum
possumus dei misericor
diam deprecemur: vt no

bis ita amorem suum ꝛ
neq; vite desiderū ispi
rare dignetur vt plus
patriam velimus ama
re q̄ viam: et amplius
delectamenta carnis ho
rrere q̄ querere. ardeāus
quoq; de futuro q̄ de pre
senti seculo cogitare. Hec
enim nobis loquuntur
sanctorū solempnia hec
clamant ipōrum exem
pla: hec predicant coro
nna. Sic exēplo cor
in exilio huius mundi
agere studeamus: vt ad
futurum iudicium cum
hilem et securā consci en
tia ornati bonis operib⁹
peruenire possimus: pre
stante dño nostro ihesu
xp̄o: qui cum patre ⁊ spi
ritu sancto viuit et re
gnat in secula seculorū
amen. Tu autem dñe.
Item de plurimis marty
ribus. lectio secūda q̄rta
vel prima. Sermo sancti
maximi episcopi. Letō. ī.

Recte atq; ex debito
ecclesie beatorum
martyrum celebrant in
signia: qui illuminātes
virtute fidei sue īnume
rabiles populos: soli q̄
dem illatam sibi sensere
mortem sed non soli
sue mortis beneficia pos
sederunt. Immensa cīm
dei nostri pietas: multi
pler ad bonitatem et ar
tifex ad salutem: propo
nens arduam virtutum
palmam: raros appetito
res inuenit: sed in pau
corum triumphis: plu
rimorum cōmodis pro
spicit. Illorū siquidem
merita nostra vult esse
suffragia simulq; dum
nobis fidem verā duro
martyrij agone cōmen
dat: afflictionem prece
dentū instructionē effi
cit posterorum. Lectio:

Vanta est arca no
dei nostri solicitu
do? Illos examinat: vt
nos erudiat. Illos con
terit vt nos acquirat. il
lorum q; cruciatus: no
stros contulit esse profec
tus. Merito ergo cos co
limus qui periculis sius
pugnant: et nostris vti
litatibus militant. Qui
per luctas vitaq; contēp
tum: edocent nos q̄tus
debeamus deo nostro af
fectum. Nouerimus ita
q; quia nō sine magno
discrimine: de religiōis
veritate disputamus: q̄
tantorū sanguine confir
matam videmus. Lectio

Magni periculi res ē
post prophetarum
oracula post apostolor
testimonia: post marty
rum vulnera: veterē fidē
quasi nouellam: discu
tere presumas: et post tā
magnos duces in errore
permaneas: et post mo
nentū sudores ociosa di
sputatione contendas.
Veneremur ergo ī sanc
torū martyrum gloria
fidem nostram. Congra
tulemur dilectissimi fra
tres: magne fidei nostre:
per quam dū oculos pro
stina charitate suscapitis:
ipos etiam intercessores
habere mereamur. Hec
enim est sanctorū mar
tyrum gloria: quorū et
si per vniuersū mundū
semmetur in cineribus
portio: manet tamen in
tegra in virtutibus ple
nitudo. Lectio: [illegible]

Venerenur ergo ī
ter tantos milites
xp̄i sti fidem nostrā. Ma
ter nāq; martyrij fides
catholica est: in qua isti
illustres athlete: subsēp
serunt sanguine: a morte
uiuauerunt. Mater inq̄
martyrij fides est. Vene
remur ergo in sanctorū
gloria fidem nostram.
Quomodo fidem nostrā?
Ab eis dum mortis tole
rancia indubitanter ex
apitur: spes īmortalita
tis euidenter asserītur.
Nūq̄ enī hanc vitā tam
constanter expenderent:
nisi esse alteram incōpa
rabiliter beatiorem certa
diffinitione scirent. In
sanctis itaq; precombus
veritatis et passiōis mag
nanimitas et resurrectio
nis auctoritas ē. Propti
cīū percunt in melius re
parandi: quibus per an
gustias tribulationū a
pertur aditus ad plen
tudinem gaudior. Letō

Fluentas impio
rum sententias
respuunt manu: repudi
ant auditu: refugūt offi

cio. Itaq; impetum passi
oms magnanimitate p
uocant. Humilitate decli
nant. Incumbente perse
cutionis furore adhuc ca
thecumini animũ celo pre
parant: regenerãtur mor
te: dampnatione solum
tur. gladio conseccantur
Hinc intelligamus: q̃tũ
valuerit ad auferendum
mundi peccatũ passio re
demptoris. Ecce innocẽtiã
et vitam probatur cõfer
re mors hominis. Hinc i
telligamus: quantum i
cõmune profuerit sacra
mors filij dei. Lectio:

Ece proprũ et o
rigmale delictum
lauat sanguis humanus:
et quod plus est: nemo
iam tollit quod baptismo
suo cruor ipse contulit.
Nos vero post introem
baptisim: post collatum
nobis pie regenerationis
candorem: post acquisitũ
monumenti nuptialis an
gelicam dignitatem: in
peccatorum relapsi seruo
et in antiqua criminum
voluntabra revoluti: mue
um vestimentum tetris
inquitatum: ac libidi
nũ contagijs sordidam
et holosericam in quam
sigillum dnine ymagi
nis acceperamus imposi
sum: maculis mortifere
corruptionis inficimus:
et post singularem dñi i
dulgentiam inmonata
sedamus: integra reseri
mus: expiata violam.
repetentes opera: non nã
vndis purganda sed flã
mis. Lectio:

Sitr ergo ille bap
tismus: quo om
ne delictum ita a cathe
cumino erit: vt iam re
dire non possit: et quo
sic debita solut sua: ne
vltra creditorem timeret:
quo m se ostuũ peccati fide
clausit: fide dãpnauit.
Per baptismũ innocẽtiã
deuotione quesiuit: per
seuerantia inuenit: mor
te seruauit. Que cũ ita
sint fratres dilectissimi:
ith dignũ testes quorũ
hodie solempnia colimus:
licet fide testes preciosi.
sanguine preciosiores:
licet virtute candidi et
pulchri: vulnerũ tamẽ
crudelũ per pssione specta
siores et candidiores ex
titerũt. Quamlicet putẽ
tur quacũq; vrbe peculia
res: priuilegio sepulchri
basilicarum aut altarũ
erectione nostri tamẽ sint
et omnium communio
ms suffragio. Lectio:

Sit vt omnisciq;
vrbis charitas pro
sua: et fides aliena: tan
tum martyribus deroga
uerit. dum sibi arrogat:
vt solum intra menia sua
illorum beneficia iclusa
esse crediderit. Non clau
ditur locis: quod diffũ
ditur meritis. Inuocatis
martyres vbiamq; vbiq;
te exaudit ille qui hono
ratur in martyribus. Ho
dierne enim eo qui pen
sat vota tua: in tantum
presentia prebebitur ad
uocatorũ: quãta fuerit
fides supplicantiũ. Ora
tio enim que castitate
mistice et elemosinarum
operibus adiuuatur: ex
cedit mundũ: paradisũ
euolat: et vsq; ad ipsum
summe maiestatis cõspec
tum angelo teste presen
tatur. Lectio:

Beata anima fra
tres charissimi:
cuius votum cuius com
punctionis incensũ cui
supplicationis holocau
thum: nulla infidelitate
fluxidum nullo illecebre
carnalis fetore pollutum:
concupiscentie nulla seu
ua cruentũ: nulla odij si
multate maculatum: sed
fide igneam: puritate cõ
scientie nitidum: sincerita
te cordis odoriferũ: con
cordi charitate perfectũ:
quod vsq; ad dei vultum
per celestiũ nuntiorum de
fertur obsequiũ: quod et
sanctis credit ad gloriam
et ecclesie filijs ad salutẽ
proficit. Honoremus ita
q; veneremur q; beatos
martyres principes fidei:
intercessores mundi: pre
cones regni: coheredes dei.
Secundũ lucã. xvj: lc. vij.

In illo tpe: Dixit
ihs discipulis suis
Cum audieritis prelia q
seditiones nolite terreri
oportet primũ hec fieri
sed nondum statim finis:
Et reliqua. De omelia

sancti gregorij pape

Via autē omnia consūmanda sūt ante consummationem omnia perturbātur. Et qua in cunctis delinquimus: in cunctis ferim̄: vt impleatur quod dicitur. Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Omnia nāq; que ad vsum vite accepimus: ad vsū conuertimus culpe. Sed cuncta que ad vsum prauitatis inflectimus: ad vsū nobis vertuntur vltiois. Tranquillitatē quippe humane pacis: ad vsū vertimus vane securitatis. peregrinationē tue: pro habitatione dilecti mus patrie. Salutem corpor redegimus i vsū vitiorum. vbertatis habundantiam non ad necessitatem carnis: sed ad peruersitatem intorsim' voluptatis. Ipsa serena blandimenta aeris: ad amorē nobis seruire coegim' terrene delectatiois

Dre igitur. Lc. vij. restat: vt simul nos omnia feriant: que simul omnia vicijs nostris male subiecta seruiebant: vt quod prius in mundo habuimus oblectamenta: tot in fine cogamur sentire tormēta. Notandum vero q̄ dicitur terores de celo: et tempestates cum tempestates hyemales venire ex ordine tempor soleāt. Cur hoc loco tempestates venire in perditionis signo predicantur. nisi q̄ cas tempestates venire dñs denuntiat: que ne quaq̄ ordinem tempor seruant. Que enim ordinate veniunt: signa nō sunt. Sed tempestates i signo sunt: que ipa quo q̄ temporū statuta confundunt. Lectō nona.

Via autē cuncta hec non de mundi causa ferientis sunt sed de mento mundi patientis: facta prauorū hominū premittuntur cum dicitur. Sed ante hec omia injacent vobis manus suas: et persequentur et tradent vos i synagogis: ducentes ad reges et presides propter nomē meū Ac si apte dicat. Prius corda hominū: et post elementa turbantur. vt cum rerum ordo confunditur: ex qua retributione venat demonstretur. Nam q̄nis finis mūdi ex ipō siu ordine pendeat: peruersiores tamē quosq; inuenies. qui digne rumis illius opprimantur innotescat cum subditur: ducentes vos ad reges et presides propter nomen meum. Item de sermone beati gregorij pape super euangelio. Cum audieritis prelia et seditiones. Lectio. vij.

Ontingent hec vobis in testimoniū. In testimoniū videlicet quorum: in si corū qui aut persequendo mortes inferunt: aut videndo non mutantur. Mores quippe iustorum boms in adiutorū est: malis in testimoniū. vt i de peruersi sine excusatione pereant: Vnde electi exēplū capiunt vt viuāt. Sed auditis tot terroribus turbari poterant infirmoriū corda atq; ideo consolatio adiungitur: cū ptinus subinfertur. Ponite ergo in cordibus vestris non premeditari quēadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam. cui nō poterūt resistere et contradicere omnes aduersarij vestri. Ac si apte membris suis infirmantibus dicat. Nolite terreri: nolite pertimescere. Vos ad certamē accedite: sed ego prehor. Vos verba editis sed ego sum qui loquor. Lc: vij.

Omnes igitur electi qua sūm capitis membra sunt: caput quoq; suū in passionibus sequitur. vt ipos quosq; aduersarios i sua morte sentiant de quorū vita presumebant. et tanto eis crescat merces operis: quanto in eis virtutis lucrū proficat ex alienē dāno charitatis. Sed q: dura sunt que predicantur de afflictione mortis: protinus consolatio sub

ditur de gaudio resurrec
tionis cum dicitur. Ca
pillus de capite vro nō
peribit. Scimus fratres
quia caro nostra dolet:
capillus nostrus non do
let. Dicit ergo martyribo
sius capillus de capite ve
stro non peribit videlicet
apte dicens. Cur time
tis non pereat quod in
nostrum dolet: quando et
illud in vobis perire non
potest quod nostrum nō
dolet. Lectio nona.

IN patientia vestra
possidebitis animas
vestras. Idcirco possessio
animae in virtute patien
tiae ponitur: qua radix
omnium custosq; virtutū
patientia est. Per pacien
tiam vero possidemus am
mas nostras: quia dum
nobismetipsis dominari dis
cimus. Incipimus
possidere quod sumus. Pa
tientia vero ē aliena mala
equanimiter perpeti. con
tra eum quoq; qui mala
irrogat nullo dolore mo
veri. Namq; qui sic pro
rimi mala portat vt ta
men tacitus doleat et tē
pus retributionis ḡrat:
patientiam non exhibet
sed ostendit. Scriptum
quippe est. Charitas pa
tiens est: benigna ē. Pa
tiens namq; ē vt aliena
mala toleret: benigna ve
ro est: vt ipsos etiā quos
portat amet. Lectio sci
euangely secundum ma
thæum. Lectio septima.

IN illo tempore. Je
sus ibūs turbas
ascendit in montem. Et
cum sedisset accesserunt
ad eum discipuli eius:
Et reliqua. Omelia sā
cti augustini epi.

QUæritur quid
significet mons
bene intelligitur significa
re maiora precepta iu
stitiae: quia minora erāt:
quæ in decis data sūt. Vñ
tamen deus per sanctos
prophetas et famulos su
os secundum ordinatissi
mam distributionem tē
porum dedit minora pre
cepta populo quē timore
adhuc alligari oportebat:
et per filium suū maiora
populo quem charitate
iam liberari conuenerat.

Cum autem minora in
oribus: maiora maio
ribus dantur: ab eo dā
tur qui solus nouit con
gruentem suis tempori
bus generi humano ce
libere medicinam. Nec
mirum est q̄ dantur ma
iora precepta propter re
gnū celorum: et minora
data sunt propter regnū
terrenū: ab eodem vno
deo qui fecit celū ⁊ terrā
De hac autem iustitia
que maior est: dicit pro
phetā. Justicia tua sicut
montes dei. Lectio viij.

ET hoc bene signi
ficat q̄ ab vno
magistro solo: docendis
tantis rebus idoneo do
cetur in monte. Sedens
autem docebat: quod per
tinet ad dignitatem ma
gistri. Et accedunt ad
eum discipuli eius: vt
audiendis illis verbis
by essent eciam corpore
viciniores: qui precep
tis implendis animo p
pinquabant. Aperuit os
suū: et docebat eos. Ista
circumlocutio qua scribi
tur. et aperiens os suū:
fortasse ipsa mora cōmē
dat aliquanto longiorē
futurum esse sermonem:
nisi forte non vacet q̄ nūc
cum dictū est aperuisse os
suū: q̄ ipse in lege veteri a
perire soleret ora propha
tarum. Lectio nona.

QUid ergo dicit?
Beati pauperes spū:
quōm ipsorū est regnum ce
lorū. Legimus scriptu
de appetitione rerū tem
poraliū. Omnia vanitas:
et presumptio spiritus.
Presumptio autem spiri
tus: audaciam et superbi
am significat. Vulgo
etiam magnos spiritus
superbi habere dicuntur.
Et recte: quandoquidem
spiritus etiam ventus vo
catur. Vnde scriptū est.
Ignis. grando. nix. gla
ces. spiritus tempestatū.
Quis vero nesciat superbos inflatos dici tanquām
vento distentos? Vnde ē
illud etiam apostoli. Sci
entia inflat: charitas edi
ficat. Qua propter recte
hic intelliguntur pau
peres spiritu: humiles
et timentes deum: id est

non habentes mflantẽ
ſpiritum. Nec aliunde
omnino mapere opor
tuit beatitudinem. Si
quidem peruentura ẽ ad
ſũmam ſapientiã. Jmaũ
enim ſapientie timor dñi.
Item de eadem omelia ſci
auguſtini ẽpi. Lectio vij.

Beati pauperes ſpi
ritu: qñ ipſorum
eſt regnũ celorum. Nec
aliunde omnino mapere
oportuit beatitudinem.
Si quidem peruentura
eſt: ad ſũmam ſapiẽtiã.
Jmtuũ enim ſapientie ti
mor dñi: qñ econtrario:
mtuũ omnis peccati ſu
perbia ſcribitur. Superbi
ergo appetãt et diligant
regna terrarũ: beati autẽ
pauperes ſpiritu: qñ ip
ſorũ eſt regnũ celorum.
Beati mites. quoniam
ipi poſſidebunt terram.
Jllam credo terram: de
qua in pſalmis dicitur.
Spes mea es tu: portio
mea in terra viuentium.
Significat enim quãdã
ſoliditatem et ſtabilita
tem hereditatis ppetue:
vbi anima per bonũ af
fectum tanq̃ loco ſuo re
quieſcat: ſicut corpus i
terra: et mdc abo ſuo ali
tur: ſicut corpus ex tra.
Jpſa eſt requies et vita
ſanctorum. Lectio viij.

Mites autem ſũt qui
cedunt improbita
tibus et non reſiſtunt i
malo: ſed vincunt i bo
no malum. Mitentur er
go ĩmites et diuicent
pro terrenis et tempora
libus rebus: beati autẽ
mites qñ ipſi hereditate
poſſidebunt terrã: de qua
pelli non poſſunt. Beati
lugentes: qñ ipi conſo
labuntur. Luctus ẽ tri
ſticia: de amiſſione ca
rum. Conuerſi autem
ad deum: ea que in hoc
mundo cara amplecte
bantur amittunt. Non
enim gaudent hijs rebꝰ
quibus ante gaudebant:
et donec fiat in illã amo
eternorũ: nõnulla meſti
cia ſanciantur. Conſola
buntur ergo ſpũſancto:
qui maxime propterea
paraclitus nominatur
id eſt conſolator: vt tẽ
poralem amittentes eter

na letitia perfruantur.

Beati Lectio. ĩc.
qui eſuriunt et ſi
tiunt iuſtitiã: qñ ipſi
ſaturabuntur. Jam iſtoꝝ
amatores dicat veri et ĩ
concuſſi bom. Jllo ergo
abo ſaturabũtur de quo
dicat dñs. Meus abus
eſt: vt faciam voluntatẽ
patris mei: quod ẽ iuſti
cia: et illa aqua: de qua
quiſquis biberit vtibi dẽ
dicat: fiet m eo fõs aque
ſalientis in vitã eternã:
beati miſericordes: qñ
ipſorum miſerebitur de
us: beatos dicat eſſe qui
ſubuenũt miſeris: quia
eis ita rependitur vt de
miſeria liberentur: beati
mundo corde: qñ ipſi
deum videbunt. Quam
ergo ſtulti ſunt qui deũ
iſtis exterioribus oculis
querunt: cum corde vi
deatur ſicut alibi ſẽptũ
eſt. Et m ſimplicitate
cordis querite illũ. Hoc
eſt mundum cor: quod
eſt ſimplex cor. Et quẽ
admodũ lumen hoc vi
deri non poteſt: miſi oculis mundis: ita nec deꝰ
videtur: miſi mundum
ſit illud quo videri poteſt.
Item de eadẽ beati augu
ſtini ẽpi omelia. Lco. vij.

Beati pacifici: qñ
filij dei vocabũtur.
In pace perfectio eſt: vbi
nichil repugnat. Et ideo
filij dei pacifici: qñ mdꝰ
reſiſtit deo. Et vtiq; filij
ſimilitudinem patris ha
bere debent. Pacifici autẽ
m ſemetipis ſunt: qui
omnes animi ſui motus
componentes et ſubijcẽ
tes rationi id eſt menti
et ſpiritui: carnalesq; cõ
cupiſcentias habẽtes edo
mitas: fiunt regnũ dei i
quo ita ordinata ſunt
omnia: vt id quod eſt i
homine precipuũ et ex
cellens hoc imperet ceteris
non reluctantibus que
ſunt nobis beſtijſq; com
munia: atq; idipſũ qd̃
excellit in homine id eſt
mens et ratio ſubijciatur
potiori quod eſt ipſa ver
tas vnigenitus dei filius.
Neq; enim imperare ſce
leribus poteſt: miſi ſupe
ri ipſa ſe ſubijciat. Et
hec eſt pax que datur in

non habentes mflantē
spiritum. Nec aliunde
omnino mapere opor
tuit beatitudinem. Si
quidem peruentura ē ad
sūmam sapientiā. Jmaū
cum sapientie timor dñi.
Jtem de eadem omelia sc̄ā
augustini ep̄i. Lectio.vij.

Beati pauperes spi
ritu: qm̄ ipsorum
est regnū celorum. Nec
aliunde omnino mapere
oportuit beatitudinem.
Si quidem peruentura
est: ad sūmam sapiētiā.
Jmtiū enim sapientie ti
mor dñi: qm̄ econtrario:
mtiū omnis peccati su
perbia scribitur. Superbi
ergo appetāt et dilgant
regna terraū: beati autē
pauperes spiritu: qm̄ ip
sorū est regnū celorum.
Beati mites.quoniam
ip̄i possidebunt terram.
Jllam credo terram: de
qua in psalmis dicatur.
Spes mea es tu: portio
mea in terra viuentium.
Significat enim quādā
soliditatem et stabilita
tem hereditatis ppetue:
vbi anima per bonū af
fectum tanq̄ loco suo re
quiescat: sicut corpus i
terra: et mde alio suo alī
tur: sicut corpus ex tra.
Jpsa est requies et vita
sanctorum. Lectio.vij.

Mites autem sūt qui
cedunt improbita
tibus et non resistunt i
malo: sed vincunt i bo
no malum. Mitescunt er
go ūmites et diuicent
pro terrenis et tempora
libus rebus: beati autē
mites qm̄ ipsi hereditate
possidebunt terrā: de qua
pelli non possunt. Beati
lugentes: qm̄ ip̄i conso
labuntur. Luctus ē tri
stitia: de amissione ca
rum. Conuersi autem
ad deum: ea que in hoc
mundo cara amplecte
bantur amittunt. Non
enim gaudent his rebo
quibus ante gaudebant:
et donec fiat ūillī amor
eternorū: nōnulla mesti
tia sanctiantur. Consola
buntur ergo spū sancto:
qui maxime propterea
paraclitus nominatur
id est consolator: vt tē
poralem amittentes eter
na letitia perfruantur.

Beati Lectio. ix.
qui esuriunt et si
tiunt iustitiā: qm̄ ipsi
saturabuntur. Jam istos
amatores dicat veri et i
concussi bom. Illo ergo
cibo saturabūtur de quo
dicat dñs. Meus cibus
est: vt faciam voluntatē
patris mei: quod ē iusti
tia: et illa aqua: de qua
quisquis biberit vltra ibi dē
dicat: fiet in eo fōs aque
salientis in vitā eternā:
beati misericordes: qm̄
ipsorum miserebitur de
us: beatos dicat esse qui
subuenūt miseris: quia
eas ita rependitur vt de
miseria liberentur: beati
mundo corde: qm̄ ipsi
deum videbunt. Quam
ergo stulti sunt qui deū
istis exterioribus oculis
querunt: cum corde vi
deatur sicut alibi scptū
est. Et in simplicitate
cordis querite illū. Hoc
est mundum cor: quod
est simplex cor. Et quē
admodū lumen hoc vi
deri non potest: nisi ocu
lis mundis: ita nec deꝰ
videtur: nisi mundum
sit illud quo videri potest.
Jtem de eadē beati augu
stini epi omelia. Lō. vij.

Beati pacifici: qm̄
filij dei vocabūtur
In pace perfectio est: vbi
nichil repugnat. Et ideo
filij dei pacifici: qm̄ nichil
resistit deo. Et vtiq; filij
similitudinem patris ha
bere debent. Pacifici autē
in semetipsis sunt: qui
omnes animi sui motus
componentes et subiacē
tes rationi id est menti
et spiritui: carnalesq; cō
cupiscentias habētes edo
mitas: fiunt regnū dei i
quo ita ordinata sunt
omnia: vt id quod est i
homine precipuū et ex
cellens hoc imperet cetis
non reluctantibus que
sunt nobis bestialesq; com
munia: atq; idipsū qd̄
excellit in homine id est
mens et ratio subiaceatur
potiori quod est ipsa ve
ritas vmgentis dei filius.
Nec enim imperare ir
rationibus potest: nisi supi
ori ipsa se subiugat. Et
hec est pax que datur in

terra hominibus bone
voluntatis hec vita con
summati perfectiq; sapien
tis. Lectio octaua:

Hec huiusmodi re
gno pacatissimo
et ordinatissimo missus
est foras princeps huius
seculi: qui perversis ordi
natisq; dominatur.
Hac pace intrinsecus cō
stituta atq; firmata: qs
cūq; persecutiones ille q
foras missus est forinsec⁹
conatauerit: auget glo
riam que secundum deū
est non aliquid mollo e
dificio labefaciens: sed
deficientibus machinis
suis: innotescere faciet
q̄ta firmitas intus ex
tructa sit ideo sequitur.
Beati qui persecutionē
patiuntur propter iusti
ciam: quoniam ipsorū
est regnū celorum. sunt
autem omnes iste octo
sententie. Jam cū cete
ra compellens loquitur
ad illos qui p̄sentes erant
dicens. Beati eritis cum
maledixerint vobis ho
mines: et persequentur
vos. Lectio nona:

Octo
nes nāq;
sententias gene
raliter dirigebat. Non
enim dixit: beati pau
res spiritu qm̄ vestrū
est regnū celorum: sed qm̄
ipsorū est regnū celorū:
neq; beati mites qm̄ vos
possidebitis terram: sed
qm̄ ipi possidebūt terrā:
et ita cetera vsq; ad octa
uam sententiā vbi dixit:
beati qui persecutionem
patiuntur p̄propter iusti
ciam: qm̄ ipsorū ē regnū
celorum. Inde iā incipit
loqui p̄sentes compel
lens: cum et illa que su
p̄a dicta sunt: ad eos etī
am pertinerent qui pre
sentes audiebant: Hec
postea que videtur pre
sentibus sp̄ialiter dic
ta: pertineant etiam ad
eos qui absentes vel post
futuri erant. Qua p̄opt
ter iste sententiarū nu
merus diligenter consi
derandus est. Item de
eadem. omel'. sancti au
gustini epi. Lectio vna:

Iste sententiarum
numerus diligen
ter considerandus ē. In
capit enim beatitudo ab
humilitate. beati paupe
res spiritu: id est non i
flati dum se diuine auc
toritati subdit anima:
timens ne post hanc vi
tam pergat ad penas etī
am si sibi beata esse videa
tur. Inde venit ad diui
narum scripturarū cogni
tionem: vbi oportet se
mitem preberi pietati:
ne id quod imperitis vi
detur absurdum vitupe
re audeat: et pernicaca bo
concertationibus efficia
tur indocilis. Inde iam
incipit sciri quibus mo
dis seculi huius: per car
nalem consuetudinem
ac peccata tenētur. Inde
in hac terreno gradu in quo
scientia est. luget amissio
sūmi bonī: quia in hac re
tur extremus. Lectio vna:

In quarto autem
gradu labor est:
vbi velementer incubit:
vt sese animus auellat ab
eis: quibus pessima dul
cedine iunctus est. Hic er
go eliminatur iniusticia: et mul
tum necessaria est fortitu
do: qua nō relinquitur si
ne dolore: quod cū delec
tatione retinetur. Nam
to autem gradu perseue
rantibus in labore datur
euadendi consiliū: qua
mis quisq; adiungatur a
superiori: nullomodo sibi
est idoneus vt sese tūs
miseriarū implicamentis
expediat. Est autē iustū
consiliū: vt qui se a potē
tiori adiungi vult: ad
iungat infirmiorem in quo
est ipe potentior. Itaq;
beati misericordes qm̄ ip
sorū misericordiam seruabitur deus:

Sexto Lectio nona:
gradu est cordis
munditia: de bona con
scientia bonorum operū:
valens ad contemplā diū
illud summū bonū: qd̄
solo puro et sereno intel
lectu cerni potest. Septi
ma est septima: ipsa sa
pientia: id est contēpla
tio veritatis pacificans
totum hominem: et insa
piens sumitatem dē:
que ita concluditur: bea
ti pacifici: qm̄ ipsi filij
dei vocabuntur. Octaua
tang̃ ad caput redit:
quia consummatū p̄fectū

q; ostendit et probat.
Ita q; in prima et octa
ua nominatū est regnū
celorū: beati pauperes
spiritu qm ipor ē regnū
celorum: et beati qui per
secutionem patiuntur
propter iustitiam: qm
ipsorū est regnū celorū:
cum iam dicatur. Quis
nos separabit a charitate
dei: Tribulatio. an āgu
stia. an persecutio. an fa
mes. an nuditas. an peri
culum. an gladius? Sep
tem sunt que perficiunt:
nam octaua clarificat et
quod perfectū est demon
strat: vt per hos gradus
perficiantur et ceteri tan
q; a capite rursus exordi
ens. Jtē eiusdē omelie be
ati augustini episcopi:

Dicetur Lectio vij.

Jm ch septiformis
operatio spiritussancti:
de quo ysaias loquitur:
hijs gradibus sententijs
q; congruere: sed inter
est ordims. Mā ibi enu
meratio ab excellentio
bus cepit: hic vero ab i
ferioribus. Jbi nā q; in
cipit a sapientia et desi
nit ad timorē dei. Sed
multū sapientie timor
dñi est. Qua propter si
gradatim tanq; ascendē
tes numeremus primo
ibi est timor dei. secūda
pietas. tercia scientia. q̄r
ta fortitudo. quintū con
silium. sextus intellectus.
septima sapientia. Lior
dei congruit humilibus:
de quibus hic dicatur;
beati pauperes spiritu:
id est non inflati nō su
perbi. de quibus apostol9
dicat. Noli altū sapere sz
time: id est noli extolli.

Lectio: vnj:

Jetas congruit mitib;.
Qui enim pie querit. ho
norat sanctam scripturā
et non reprehendit quod
nondum intelligit: qđ
est mitem esse: vnde hic
dicatur beati mites: qm
ipi hereditate possidebt
terram. Scientia cōgruit
lugentibus qui iam cog
nouerunt in scripturis
sanctis quibus malis
vincti teneantur: que
tanq; bona et vtilia igno
rantes appetuerunt. de
quibus hic dicatur. bea
ti qui lugent. Fortitudo
congruit esurientibus z
sitientibus. Laborant
enim desiderātes gaudiū
de veris bonis. et āmorē
a terrenis et corporalib9
bonis auertere cupientes:
de quibus hic dicatur: be
ati qui esuriunt et sitūt
iustitiam: qm ipsi satu
rabuntur. Lectio nona:

Consiliū cōgruit
misericordibus.
Hoc enim vnū remediū
est de tantis malis eua
dendi: vt dimittamus
sicut nobis dimitti vo
lumus. et adiuuemus
in quo possumus alios
sicut et nos in quo non
possumus cupimus ad
iuuari. de quibus hic di
catur beati misericordes.
Jntellectus cōgruit mū
dis corde: tanq; purga
to oculo quo cernu possit
quod corporeus oculus
non vidit nec auris au
diuit nec in cor hominis
ascendit. de quibus hic
dicatur: beati mūdo cor
de. Sapientia congruit
pacificis: in quibus iam
ordinata sunt omnia:
nullusq; motus a diuisus
rationem rebellis est: sed
cuncta obtemperant spi
ritui hominis. qui et ipse
obtemperet deo. de quib9
hic dicatur: beati pacifici:
quoniam filij dei vocabū
tur. Qnū autem premiū
quod est regnum celorū:
pro ipis gradibus varie
nominatum est. Jn pri
mo sicut oportebat posi
tum est regnū celorum:
quod est perfecte summe
q; sapientie anime ratio
nalis. Sic itaq; dictum
est: beati pauperes spiri
tu: qm ipsorū est regnū
celorum. Jtem de eadem
omelia beati augustini
episcopi. Lectio septima.

In primo gradu si
cut oportebat posi
tum est regnū celorum:
quod est perfecte summeq;
sapientie anime rationa
lis. Sic namq; dictum
est: beati pauperes spū:
tanq; diceretur in tuum
sapientie timor domini.
Quibus hereditas tāq;
testamentum patris cum
pietate querentibus: bti
mites qm ipi hereditate

possidebunt terram. Lu
gentibus consolatio:
tanq̃ scientibus quid
amiserint et quib⁹ ma
lis mersi sint: beati qui
lugent quiñ ipi consola
buñtur. Esurientibus q̃
sitientibus saturitas tãq̃
refectio laborantibus for
titerq; certantibus ad sa
lutem: beati qui esuriũt
et sitiunt iustitiam: quiñ
ipi saturabuntur. Mise
ricordibus misericordia
tanq̃ vero et optimo cõ
silio vtentibus: vt hoc e
is exhibeatur a potentio
re: quod inualidioribo
exhibent: beati misericor
des: quiñ ipi misericordiã
consequentur. Lcõ: vij.

Mundis corde videbi
di dei facultas ti
q̃ purum oculum ad in
telligenda eterna gerẽ
tibus beati mũdo corde:
quiñ ipi deum videbunt.
Pacificas dei similitudo
promittitur: tanq̃ pfec
te sapientibus formatiq;
ad ymaginem dei per
regenerationem renouã
ti hominis: beati pacifi
ci: quiñ filij dei vocabun
tur. Et iusta quidem in
hac vita compleri possũt.
sicut in apostolis esse cõ
pleta credimus. Nã illa
omnimoda et in angeli
cam formam inmutatio:
que post hanc vitã pro
mittitur nullis verbis ex
pmi potest. Beati qui
persecutionẽ patiuntur
propter iusticiam: quiñ
ipsorum est regnũ celor.
Hec octaua sententia: q̃
ad caput redit: perfectũ
q; hominem declarat: si
gnificatur et circũcisio
octauo die in veteri testa
mento et dñi resurrectio
ne post sabbatum: qui ẽ
vtiq; octauus idẽq; pri
mus dies. Lectio nona:

Beati estis cũ vo
bis maledicent et
vos persequentur. Adũ
tat quisquis diuitias hu
ius seculi et rerũ facultã
tes temporalium querit i
nomine xpiano: beatitu
dinem nostram in trinse
cus esse: sicut de amma
ecclesiastico orie propie
tico dicitur. Omnis pul
chritudo filie regis intri
seeus. Nam extrinseeus

maledicta et persecutio
nes et detractiones pro
mittuntur: de quib⁹ tñ
magna merces i celis est:
que sentitur in corde pa
tientium: eorũ qui tam
possunt dicere: gloriam
in tribulationibus: scie
tes quiñ tribulatio patiẽ
tiam operatur. patiẽcia
autem probationẽ: pro
batio vero spem: spes au
tem non confundit q⁹
charitas dei diffusa est i
cordibus nostris per spi
ritum sanctum q̃ datus
est nobis: quo in regno
celorum ducamur et he
reditatem accipimus:
et consolamur et pasca
et misericordiam conse
quimur: et mundamur:
ac pacificamur. atq; ita
persecutiones extrinseeus
illatas inimicas molesti
asq; pro veritate et iusti
cia sustinemus. In nata
li vnius confessoris põ
tificis. Ad matutinas.
Inuitatorium:

Regem confes
sorũ dominũ:
Venite adore
mus. ℣. Venite.

Iste cõfessor ꝑmq̃.
dñi sacratus: festa
plebs cuius celebrat per
orbem: hodie letus mem
it secreta scandẽ celi qui
pius prudens humilis
pudicus: sobrius castus
fiut et quietus: vita dũ
presens vegetant cuius
corporis artus. Hoc sa
crum cuius tumulũ fre
quenter: membra lãguẽ
tium modo sanitati: quo
libet morbo fugiũt grauia
restituũtur. Inde
nunc noster chorus i ho
norẽ ipius hymnũ canit
hunc libenter: vt pijs ei
meritis iuuemur: omne
per cuiũ. Sit salus illi
deus atq; virtus qui su
pra celi residens ea quẽ:
tocius mundi machinã
gubernat trinus ℞ vnus.
Amen. In primo nocturn
añ: Beatus vir qui in lege
dñi meditatur. voluntas ei⁹
permanet die ac nocte ℞ ota
que cũq; faciet semp prospe
rabuntur. ℣. Beatus vir.
añ: Beatus iste sanctus q̃
confisus est in dño predica
uit preceptum dñi cõstitu
tus est in monte sãcto eius.

ps̄: Quare fremuerunt.
añ. Tu es gloria mea tu es
susceptor meus dñe tu exal
tans caput meum et exau
disti me de monte sc̄o tuo.
ps̄: Dñe quid multipli.
℣: Amauit eum dñs et or
nauit eum. ℟. Stolā glo
rie induit eum. Sermo sc̄i
ambrosij epi. Lc̄o prima.

OMnes sancti ac beatis
simi patris nostri
N. annus hodie festa cele
bramus laudes addidisse:
aliquid decerpsisse c̄. Cū
siquidem virtutum eius
gratia non sermonibus
exponenda sit: sed operi
bus comprobanda. Cū
enim dicat scriptura diui
na: gloria patris est filius
sapiens: quante huius
sunt glorie qui tantorū
filiorum sapientia et de
notione letatur. In xp̄o
enim ihū: per quē angelū
ip̄e nos genuit. Quotid
ergo in hac sancta plebe
potest esse virtutis ⁊ gra
tie: de hoc quasi de quodā
lucidissimo fonte oīm in
nocentium luce primitas e-
manauit. ℟. Euge serue
bone et fidelis: quia pauca
fuisti fidelis: supra multa
te constituam. Intra i gau
dium dñi tui. ℣. Dñe quīq;
talenta tradidisti michi ec
ce alia quinq; superlucrat⁹
sum. Intra. Lectio sc̄a:

TEmpus quo castitatis pollebat vi
gore: quia abstinētie glo
riabatur angustijs: quia
blandimentis erat predi
tus lenitatis: omnium
animū in deū prouocauit
affectum. Quia pontifi
cis administratione ful
gebat: plures e discipulis
reliquit sui sacerdotij suc
cessores. Bñ aūt ⁊ cōgrue
in hac die quam nobis
beati patris nostri N. hu
ius ad paradisū trāsitus
exultabilem reddit: prese
tis psalmi versiculum de
cantauimus. In memo
ria eterna erit iustus. di
gne in memoriam verti
tur hominū: qui ad gau
dium transit angelorū:
qui iam gratiam xp̄i cla
rificatus inuenit: quia
mundi gloriam nō que
siuit: cauēs illud quod
dicat sermo diuinus. Me
laudauens hominem in
vita sua. Tanq̄ si dicēt.
Laudat post vitā magni
fica post consūmationē.
℟: Ecce sacerdos magnus
qui in diebus suis placuit
deo. Ideo iureiurando fecit
illum dñs crescere in plebē
suam. ℣. Benedictionem
omnium gentium dedit illi et
testamentum suum cōfirma
uit supra caput eius. Ideo.

Duplex. Lectio. in.

CEnsum ex causa vti
lius est: hominū magis
memorie laudem dare q̄
vite: vt illo potissimum
tempore merita sanctita
tis extollas: quādo nec
laudantem adulatio no
cet: nec laudatū tēptet
elatio. Lauda ergo post
periculū: predica securū.
Lauda naufragantis feli
citatem: sed cum perue
nerit ad portū. Lauda
ducis virtutem: sed cum
perductus est ad triūphū.
Quis autem viuens tu
te possit ac sine trepidati
one laudari: qui ⁊ de pre
terito meminit se habere
quod doleat: et de futuro
videt sibi superesse quod
timeat. Quis vero i hoc
corpusculo positus: debe
at sibi quicq̄ vendicare
de meritis: quorum iter
vite occulta demonū in
festatio: velut latronum
obsidet multitudo? Quib;
per omnes vias supplan
tatores muscī: animarū
laqueos tendunt: innu
merabiliū mortibus ex
pauescendos. ℟. Juraut
dñs et non penitebit eum.
tu es sacerdos in eternū se
cundū ordinē melchisedech.
℣: Dixit dñs domino meo
sede a dextris meis. Tu es.
In secundo nocturno. añt.
Inuocantem exaudiuit do
minus sanctum suū dñs
exaudiuit eum et cōstituit
eum in pace. ps̄: Cū inuo
carem. añ: Letentur oēs
dñe.
qui sperant in te quoniam
tu benedixisti iusto. sicuto
bone voluntatis tue coro
nasti eum. ps̄: Verba mea.
añ: Domine dñs noster q̄
admirabile est nomen tuū
in vniūsa tra. q; gl̄ia ⁊ honore
coronasti sanctū tuū et cō
stituisti eum super opa ma
nuū tuarū. ps̄: Dñe dñs
nr̄. ℟: Elegit eū dominus
sacerdotem sibi. ℟. Ad sacri

ficandum ei hostiã laudis.

Augãtib: Lc. m: Cemm nobis plxe mare magnũ ⁊ spacioſũ: in quo reptilia quorum non eſt numerus: aialia puſilla et magna: id eſt diuerſa inimicorũ genera: que ſecundũ noſtraz virtũ quantitatem compenſato nobiſcũ agone luctantur. In huius itaqz mundi pelago volutãtibus nobis: valde ptimeſcendum eſt: ne nauẽ noſtram aut procella tempeſtatis abripiat: aut fluctus abſorbeat: aut i eternam predam pꝛrata crudelis abducat. Aduerſus ergo ixe multiformia ſeculi mala: caſtigatis et caſtis actibus reſiſtamus. ℟ Inuen dauid ſeruũ meum oleo ſancto meo vnxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis non nocebit ei. Manus. Lcto. v.

Beati autẽ patris. M. mentaiam i tuto poſita ſecuri magnificemus: qui gubernacu lum fidei viriliter tenẽs: anchoram ſpei tranquilla iam in ſtatione cõpoſuit: et bene celeſtibꝰ diuinis et eternis merab: onuſtã nauem: optato in litoꝛe collocauit. Qui contra omnes aduerſarios ſcutum timoꝛis dei tã diu infatigabiliter tenuit donec ad victoꝛiam peruenꝛet. Quid enim fuit tocius vite illius decurſus: niſi vnus cũ vigilib hoſte conflictus? Habuiſtis in eo medicũ qui e celo lapſus eſt: cum quo ſanitas fines veſtros: immo ipſe ſanitatum auctoꝛ intrauit. ℟ Poſui adiutoꝛũ ſuper potentem et exaltaui electum de plebe mea. Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Inuen dauid ſeruũ meum oleo ſcto meo vnxi eum. Manus ei.

Mantis Lcõ: vj. Hic ceas a via veritatis erantibus: et de ſima iam in profundum rupe pendentibus: amiſſum reddidit viſum: et illum quo xpũs videtur reparauit intuitũ. Quã

toꝛum auribus ſurdis et infidelitatis obturatione dampnatis: ad percipiendam vocem celeſtiũ mandatoꝛũ preciſum infudit auditum: vt vocanti deo ad miſeꝛicoꝛdiam reſponderent per obedientiam. Quantos intrinſecus vulneratos: angelica oꝛis arte: ⁊ oꝛationũ firmitate curauit? Quantos per longam in curiam peccati labe ſolutos: et quadam lepꝛe cõtagione perfuſos caſtigationibus et exhoꝛtationibus expiando dei in ſe opꝛante virtute mũdauit. ℟. Iſte eſt qui ante deum magnas virtutes operatus eſt et omnis terra doctrina eius repleta eſt. Ipe interꝛedat pꝛo peccatis omnium populoꝛum. ℣. Iſte eſt qui contempſit vitam mundi et peruenit ad celeſtia regna: Ipe. Gloꝛia pri. Ipe. In tercio nocturno: añ: Domine iſte ſanctus habitabit in tabernaculo tuo operatus eſt iuſtitiam requieſcet in monte ſancto tuo. ps: Dñe quis habitab.

añ: Ditauit patre tribuiſti ei dñe gloꝛiã et magnã decoꝛem impoſuiſti ſuper eum poſuiſti in capite eꝰ coꝛonam de lapide pꝛecioſo. ps: Dñe in virtute. añ. Hic accipiet benedictionẽ a domino et miam a deo ſalutari ſuo. quia hec ẽ generatio querentiũ dñm. ps: Dñs eſt tenꝛ. ℣. Tu es ſacerdos in eternũ. ℟ Secundum ordinem melchiſedech

Lectio ſci euangelij ſcdm matheũ. xxv: Lectio: vij:

In illo tpe: Dixit ihesus diſcipulis ſuis parabolam hãc. Homo quidam peregre pꝛoficiſcens vocauit ſeruos ſuos: et tradidit illis bona ſua. Et reliqua. Omelia ſancti gregoꝛij pape:

Lectio ſancti euangelij fratres dilectiſſimi ſollicite nos conſiderare ãmonet: ne nos quia plus ceteris in hoc mũdo accepiſſe aliquid cernimus: ab auctoꝛe mundi grauius de iudicemur. Cum enim augentur dona: rationes etiam excꝛeſcunt donoꝛum. Tanto ergo in

mlioꝛ atq; ad ſeruiẽdũ deo promptioꝛ quiſq; debet eſſe ex munere: quanto ſe obligatioꝛem eſſe cõſpiciat in reddenda ratione. Ecce homo qui peregre proficiſcens ſeruos vocat: eiſq; ad negociũ talenta partitur. Poſt multum vero temporis poſiturus cum eis rationem reuertitur: bñ aũt operantes pro apꝛortato lucro remunerat: ſeruũ vero a bono opere toꝛpentem dampnat. Re. Amant eũ dñs et ornant eum ſtolam glorie induit eum. Et ad portas paradiſi coꝛonant eum. V. Induit eũ dñs loricam fidei coꝛonant eum. Et ad portas. Te. vuj.

Dis itaq; homo iſte eſt qui peregre proficiſcatur niſi redemptoꝛ noſter: qui in ea carne quam aſſumpſerat abiit in celum. Carnis enĩ locus propꝛie terra eſt: que quaſi ad pegrina duatur: dum per redemptorem noſtrum in celo collocatur. Sed homo iſte peregre proficiſcens ſeruos ſuos bona ſua tradidit: quia fidelibꝫ ſuis ſpiritualia dona cõceſſit. Et vni quidem dedit quinq; talenta: alij autem duo: alij vo vnũ. Quinq; etenim ſũt corporis ſenſus: videlicet viſus. auditus. guſtus. odoꝛatus et tactus. Quib q; igitur talentis donũ quinq; ſenſuũ: id eſt exteꝛioꝛũ ſcientia exprimitur. Duobus vero intellectus et operatio deſignantur. Unus autem talenti nomine itellectꝰ tantũmodo deſignatur. Re. Sint lumbi veſtri precincti et lucerne ardentes in manibus veſtris. Et vos ſimiles hominibus expectantibus dñm ſuũ. Quãdo reuertatur a nuptijs. V. Vigilate ergo quia neſcitis qua hoꝛa dñs veſter venturus ſit. Et vos. Hoꝛa. Quando. Lectio. ix.

Sed is qui quĩq; talenta acceperat: alia quinq; lucratus eſt: quia ſunt nõnulli: qui etſi interna ac myſtica penetrare neſciunt: pꝛo intentione tamen ſuperne patrie docent recta qs poſſunt de ipſis exteꝛioꝛibus que acceperũt. Dũ q; ſe a carnis petulantia. a terrenarum rerũ ambitu: atq; a viſibiliũ voluptate cuſtodiunt: ab his etiam alios ammonẽdo compeſcunt. Et ſunt nõnulli: qui quaſi duobus talentis ditati: intellectum atq; operationem peꝛapiunt: ſubtilia de iſtis intelligunt: mira in exteꝛioꝛibus operãtur. Cumq; intelligendo et operando alijs pꝛedicant: quaſi duplicatũ de negotio lucrũ reꝛportant. Bene autem alia quinq: vel alia duo talenta lucrum venſſe referuntur: quia dum vtriq; ſexui pꝛedicatio impenditur: quaſi accepta talẽta geminantur. De ſermone ſancti ambꝛoſij epiſcopi: Lectio prima: ſecunda. vel quarta:

Abnuſhs in hoc ſancto. M. mediam qui ecclo lapſus eſt cum quo fines noſtros ſanctas ĩmo ipſe ſanctatũ auctoꝛ intrauit. Quanto ꝛ animas viuentes in coꝛpoꝛe iam defunctas: et delictoꝛum mole obrutas ac ſepultas ad emendationem tanq; ad lucem vocando: deo reſuſcitauit. et dñi ſui ãmirãdus imitatoꝛ iam moꝛtuas deo: econtrario moꝛtificans vitali moꝛte peccato: nichil omnino alioꝛũ blãdimentis dampnatione mentis cõſẽtiebat. Tunc in alia parte ea que apparuerant ſalubꝛitate claudebat. Quo oꝛdine hoc faciebat? Claudebat vtiq; eos docendo: ne alienũ malũ videret: ne eis res aliene concupiſcibiles apparerent: ne eis cõũr extranea pulchra eſſet in peccati venenũ: et per aſpectum animam penetraret: ne interioꝛem hominem maculam exteꝛioꝛis hominis culpa tranſmutteret: ne ad coꝛ tenebꝛe pviam lucis intrarent: ne in vno quoq; pꝛophetica illa interminatio cõpleretur. Moꝛs in quit intra

per fenestras nras: Lō: Misteria eni aurū et oculoz fenestre esse probantur ammarū. Quando aperimus auditum: mala et umqua loquentibus ac dānabiliter obtrectantibus: ⁊ q̄ deo sunt contraria suadentibus: moz intrat p fenestras nostras: homoz q; moztifere noctis irrūpit. per quas sol iustitie intrare debuerat. Quando iste peccati fenestre apte sunt. tanuc salutis et vite: ac porte paradisi clause sunt. Has iste vir beatus fenestras: mētis seris duum timoris obstruxit. Lectio: Et quātoz um iste coz dibus: que m honesta inquitas et impietas possidebat: fugauit luxuriam: dilecat mā: et extinxit immundiam: et velut de antiqua domo barbaris perturbatis hostibus: reuocando illuc fidem: castitatem: misericordiam. habitatoz es pacificos intromisit: per quos in domi

cium mentis caput oium bonoz um dns̄ius introiret: et appositis medicamentis penitentie quatriduanū velut fetentem: increpationū fremitu suscitauit et emendatione suscepta de medijs mortis faucibus erutos temporatua resurrectione vite restituebat. Lectio. Hec itaq; atq; huiusmodi plurima gerens: que etiam ipsi plenius memoriis: q̄ qua proferre per nos atq; expedire: vt dignum est non potest sermo pauperculus: melius ea vob. velter dicet affectus. Sume quippe alacritatis instantia: fiut cultoz ⁊ custos ammarū: cupiditates resecans: mas cōprimens malitias exturpās. Hys magis vir iste temporibus necessarijs fiut: quibus tanta inq̄tas quotidie sumptis deficiente misticaa vinbus connalescat. Et quidem in hac peregrinatione solo coz pore constitutus cogitatione et auditate

cum apostolo dicēte nra conuersatio in celis est apostolicus ipse in illa ce lesti patria conuersat est. Ide namq; Lectio: vt diximus corpore solo detentus quasi lo mus reuocato: velut ad centuplum manum porrigens: semper de sinistra transiuit ad dexteram: et in celo reposuit sudoz es suos. Nam et si hic opera eius videtur: illuc tamē operū eius merita transierunt. Illi itaq; exemplo virtutibo inquātum possumus insistentes: in operibus boms nemo sit segms. nemo sit sterilis. Nemo p̄sentiū amoze futura contempnat: nemo temporalia sola eterna despiciēs peruersus aspiciat. Lō: Diuersus carnales concupiscentias que importune se igerūt nemo dormitet: ne moz vt supra diximus ad animas torpentiū ptingat. Nemo spiritualibus corporalia: nemo terrena celestibus ante ponat. Thesaurū nostrum exemplo illius in celo collocemus: vt etiam coz in celis habere possimus. Necesse ē eni vt quo preceserit dilectionis tuus thesaurus: illuc q̄q; sequatur cordis affectus. Istius ergo inquātum possumus vestigijs insistamus quibus per illā artam nimis viam ad celi ampla festinās: quacum sequeremur ostēdit. Ideo enim illum huic terre nostre prepositi de us: vt ad actuum eius informaremur exēplū: et animarum nostraruū facies ad eum respitientes: tanq̄ ad speculum componamus: ⁊ quasi bom filij similitudinem patris in nobis excolam. Capiat sibi Lectio: de eo alter gratiaz et spectem compunctionis. alter pigmentum candidissimū inde castitatis pallorē ille abstinentie: rubozē ille verecūdie. Ille ardentem in dei rebus fidē velut aereum splendoz em radiantem atq; hoc modo spiritalia interioris

homims membra compo
nens in corpus plebis
sue transeat ad celũ. Et
ad vnam illius fidẽ om
nem erudiamus domũ:
id est vniuersam pmga
nus ecclesiam dei. Et vi
dens nos vel de eterna
beatitudine cogitantes:
illa euangelica dicere vo
nos possit assumere. Pa
ter rogo vt vbi ego sum
li sint mecum. Et nos qñ
q; ex hoc migraturos scia
lo patronus noster. M. ĩ
sedem suam et sinũ suũ
velut abrahã peculiares
accipiat: et in illa die in
columes omes suas lętus
pastor agnoscat: ipso ad
iuuante qui vuit et re
gnat in scula seculorũ.
Amen. Lectio sancti euã
gelij: secundum mathæũ.
xxv: Lectio septima:

In illo tpe: Dixit
ihũs discipulis
suis. Homo quidã pere
gre proficiscẽs vocauit
seruos suos: et tradidit
illis bona sua. Et reliq.
Ex omelia sancti grego
rij pape. Lectio. vij.

Hec autem alia
quinq; vel alia
duo in lucrum venisse re
feruntur. quia dũ vtriq;
seruo predicatio ĩpẽditur
quasi accepta talenta ge
minantur. Sedis q̃ vnũ
talentum acceperat abiẽs
fodit in terram: et absco
dit pecuniam dñi sui. Ta
lentum in terra absconde
re est acceptum ĩgenuũ
in terrenis actibus ĩpli
care: lucrum spirituale
non querere: cor a terre
nis cupiditatib; nũq; le
uare. Sunt namq; non
nulli qui donũ intelligẽ
tie perceperunt sed tamẽ
sola que carnis sunt sa
piunt. De quib; per pro
phetam dicitur. Sapiẽ
tes sunt vt faciant mala:
bene autẽ facere nescierũt.
Sed Lectio: viij.
dñs qui talenta cõ
tulit rationem posituꝰ
redit: qua is qui nunc
pie spiritualia dona tri
buit: districte iudicio
exquiret merita: quod
quisq; accepit cõsiderat:
et quod lucrum de accep
tis reportat pẽsat. Ser

uus qui gemmata talen
ta retulit a dño laudatur:
atq; ad eternam remune
rationem perducatur: cũ
ea voce dominica dicatur.
Euge serue bone et fi de
lis: quia super pauca fui
sti fidelis: supra multa te
constituã: intra in gau
dium dñi tui. Pauca quip
pe sunt omnia bona pre
sentis vite q̃ius multa
esse videantur comparа
tione retributionis eter
ne. Lectio nona:

Sed tunc fidelis ser
uus supra multa
constituitur. quando de
ducta omnis corruptionis
molestia: de eternis gau
dijs in illa celesti sede glo
riatur. Tunc ad dñm suu
gaudiũ perfecte ĩtromit
tatur. quando in eterna il
la patria assumptus: at
q; angelorum cetibus
admixtus sic interi gau
det de muniere: vt nõsit
iam quod ceteruus dole
at de corruptione. Ser
uus autem qui operari
de talento noluit: ad do
minũ cum verbis excusa
tionis redit dicens. Do

mine sco quia hõ durus
es: metis vbi nõ semina
sti et congregas vbi non
sparsisti: et timens abi
et abscondi talentũ tuũ.
Ecce habes quod tuũ ẽ.
De eadem beati gregorij
papę. Omelia. Lectio. vij.

Domine sco qua
homo durus es:
metis vbi non seminasti:
et congregas vbi nõ spar
sisti: et timens abij: et abs
condi talentum tuum in
terra. Ecce habes quod
tuum est. Notandũ q̃ ĩ
vtilis seruus durũ dñm
vocat: cui tamen deseru
re ad lucrum dissimulat:
et timuisse se dicit in lu
crum talentum expẽdere:
qui hoc solum timere de
buerat. ne hoc ad dñm
sine lucro reportaret. Sũt
enim plerique intra sanctã
ecclesiam quorũ iste ser
uus ymaginem tenet:
qui melioris vite vias
aggredi metuunt: et ta
men iacere in suu torpore
ignauia non formidant.
Cũq; se peccatores consi
derant sanctitatis vias ar
ripere trepidant et remanẽ

m suis nunquitatib⁹ non
pertimescunt. Quoꝝ ne
ne petrus adhuc in infir
mitate positus speciem te
net: cum viso miraculo pi
scaꝝ dixit. Exi a me dñe:
quia homo peccator sum.
Immo si te peccatorē con
sideras oportet vt a te dñm
non repellas. Lectō: vm:

Sed qui idarco me
lioris habitus vias
et rectioris vite appetēdere arcem nolunt quia i
firmos se esse conspiciunt:
quasi et peccatores se fatē
tur et dominū refugiunt:
eumq; in quo sanctificari
debuerant repellunt: et ve
lut in perturbatione con
silium non habeāt: dum
moriuntur et vitā timēt.
Unde et huic seruo protinus respondetur. Serue
male et piger: sciebas q;
meto vbi non seminō et cō
grego vbi non spargo.
Oportuit ergo te dare pecuniam meam nūmula
riis: et ego veniens rece
pissem quod meum est
cum vsuris. Ex verbis e
nim suis seruus constrī
gitur: cum dominꝰ dicat.
Recto vbi non semino:
et congrego vbi nō spar
si. Ac si apte dicat. Si
iurta tuam sententiam.
et illud exquiro qđ non
dedi: quanto magis a te
exquiro quod ad erogā
dum dedi. Lectio nona.

Decuniam nūmu
lariis dare est: eis
scientiam predicationis
impendere qui hanc va
leant et bonis operibus
exercere. Sed sicut nūm
periculum aspicatis: si
dominicam pecuniam
tenemus: ita vestrum
fratres knīm sollicite pē
sate: quia cum vsuris a
vobis exigetur. quod au
dictis. In vsura quippe:
pecunia etiā non data re
capitur. Cum enī hoc
redditur quod acceptū
fuerat: etiam illud sup
impenditur quod accep
tum non est. Pensate er
go fratres dilectissimi qr
de accepta hac verbi pe
cunia vsuram solucris.
et curate vt ex eo quod
audistis etiam intelligē
re studeatis que non au
distis: quatenus alia
ex alijs colligentes: etiā
illa discatis ex vobismet
ipsis agere: que necdum
ex predicatoris ore didi
cistis. Jtē de eadē bti gre
gorij: Omel. Lectio vij.

Portuerat ergo te
dare pecuniā meā
nūmularijs: et ego ve
niens recepissem vtiq; cū
vsuris quod meum est.
Pigrum seruū qualiter
ex verbis suis cōstringerent
audiuimus: qua nunc
cum sententia feriat au
diamus. Tollite ab eo
talentum: et date ei qui
habet decem talēta. Opo:
tuitū valde videbatur vt
cui a malo seruo vnum
talentum tollitur ei potī
qui duo: qī qui quinq;
talenta acceperat dabitur
Illi enim potius dari de
buit qui minus: qī qui
plus habuit. Sed quia
sicut superius diximus
per quinq; talenta: quī
q; videlicet sensuū: id est
exteriorū scientia desig
natur: per duo autem in
tellectus et operatio expri
mitur. Idarco minus ha
benti datū est talētum.
Illus cui Lectio vij:
habuit qui duo qī
qui quinq; talenta perce
perat: quia qui per quiq;
talenta exteriorum amini
strationem meruit: ab in
tellectu interior adhuc
vacuus fuit. Omī ergo
talentum quo intellectū
significari diximus illi
dari debuit: qui bene exte
riora que acceperat mini
strauit. Quot quotidie i
sancta ecclesia cernimus.
quia plerīq; dū bene mi
nistrant exteriora que ac
cipiunt: per adiunctam
gratiam: ad intellectum
quoq; misticum perducā
tur: vt etiam de intelligē
tia polleant: qui exteriora
fideliter amministrāt. Ge
neralis etiam mor sentē
tia profertur: qua dicit.
Omni enim habenti da
bitur et habundabit: ei
autem qui non habet: et
quod videtur habere au
feretur ab eo. Lectio ix.

Habenti namq; da
bitur et habundā
bit: quia quisquis charī
tatem habet: etiam dona
alia percipiet. Quisquis

autem charitatem nō habet: etiam dona alia que videbatur percepisse amittit. Unde necesse est frēs mei: vt per omne quod agitis erga charitatis custodiam vigiletis. Charitas autem vera ē et amicum diligere in deo q̄ inimicum diligere propter deum. Quam quisquis non habet: omne bonū amittit quod habet. Talento quippe quod acceperat malus seruus punitur: et iuxta dominicam sententiam in tenebras exteriores mittitur. Per penam ergo in iteriores tenebras cadet qui p̄ cupidam suam sponte i exteriores tenebras ceciderit. Illic coactus patitur tenebras vltiones: qui hic libenter sustinuit tenebras voluptatis. Idem de eadē sancti gregorij papē omelia. Lectio: vij.

Onne fratres charissimi quod quisq; accepit: talenti nomine designatur. Sciendū vero est: q̄ nullus piger ab hac talenti acceptione securus est. Nullus namq; est: qui veraciter dicat. Talentum minime accepi: non est vnde rationem ponere compellar. Talēto enim nomine: cuilibet pauperi etiam hoc ipsum reputabitur: quod vel minimū accepit. Alius namq; accepit indulgētiam predicationis: ministerii debet ex talento. Alius terrenam substantiam accepit: erogationē talenti debet ex rebus. Alius nec interiorum intelligentiam nec affluentiā accepit: sed tamen didicit artem qua pascitur. Ipsa ars ei in talenti acceptione reputabitur. Alius nichil horum assecutus est: sed tamē foris tantis familiaritatis locū apud dominum meruit: talentum profecto familiaritatis accepit. Si ergo nichil ei pro indigentibus loquitur: pro talēti receptione dāpnatur. Habens Lcō: vij: cogitur intellectum: curet omnino ne taceat. Habens rerum affluentiam: vigilet ne a miseri cordie largitate torpescat. Habens artem aliquam qua regitur magnopere studeat: vt vsum atq; vtilitatem eius cū proximo practicet. Habens loquendi locum apud dominum dampnationem pro retē to talento timeat. si cum valeat apud eum p̄ pauperibus non intercedat. Tantū quippe ab vnoquoq; nostrū venturus iudex exiget: quantū debuit. Ut ergo de talenti sui rationibus reddende deo quisquis securus sit cum timore pensat quotidie quod acceperit. Ecce namq; iam iuxta est: vt ille qui peregre profectus est redeat. Quasi pegre quippe abijt: q̄ scilicet de hac terra in qua natus ē longe discessit. Sed pro fecto reuertitur vt de talentis rationes ponat: qua si a bona actione torpescamus: nos de ipsis donis que contulit districtus iudicat. Lcō. ix.

Onsideremus ergo que accepim̄: atq; in eorū erogatione vigilemus. Nulla nos a spiritali opere terrena cura impediat: ne si i terra talentum absconditur: talenti dñs ad iudiciū producatur. Piger etenim ille seruus cum iā iudex culpa crāmnat talentū de terra leuat: quia sunt pleriq; qui tunc se a terrenis desideriis vel operibus subtrahunt: quando iā per animaduersionem iudicis ad eternū supplicium trahuntur. Ante ergo de talenti nostri pōnēda ratione vigilemus: vt cum iam iudex ad ferendum immineat lucrum nos quod fecimus crucietur. Tanto enim quisq; ampliorem gloriam cū dño suo possidebit quāto largius talentum acceptū post eius amorē erogauerit. Quod ip̄e prestare dignetur: qui cū patre et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorū Amen. Cu autem dñe. In quatuor doctorum ecclesie: subscripti euāgelii cum homil. subscripta di-

atur. Lectio sancti euangelij secundū matheum.

In illo tpe: Dixit ihesus discipulis suis Vos estis sal terre: q̄ si sal euanuerit in quo saliet[ur]? Et reliqua. Homilia sci ihe[ro]nimi p[re]sbiti.

Sal ap[osto]li dicuntur apostoli et doct[or]es quia per illos vniuersum eruditū est genus humanū. Quod si sal euanuerit in quo salietur: si doctor exanuerit: quo alio doctore emendabitur? Ad nichilū valet vltra: nisi vt mittat[ur] foras: et conculcetur ab hominibus. Exemplum de agricultura sumptū est. Sal enim aborum condimentū et ad siccandas carnes necessarium est: ita vt aliū vsum non habeat. Certe legimus in scripturas: vrbes quasdam victorum sale seminatas vt nullum in p̄is semen oriretur. Caueant ergo doct[or]es: et episcopi: et videant potentes: potenter sustinere tormenta. nichilq; esse remedij: si sermalorum ruinis sinant ad tartarum duci. Lectio. vij.

Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita neq; accendūt lucernam: et ponunt eam sub modio: sed super candelabrum: vt luceat omnibus qui in domo sunt. Docet fiducialem predicandi. ne apostoli abscondantur ob metū: et similes sint lucernis sub modio: sed tota libertate sc̄pdāt: vt quod audierunt in auriculis: predicent in tectis. Nolite putare quoniam venim soluere legem aut prophetas: nō venio soluere legem sed adimplere. Siue q̄ de se per alios prophetarum cōpleuerit: siue q̄ ea que ante ppter infirmitatem audientiū: rudia et imperfecta fuerant: sua predicatione compleuerit. et ea tollens ac vicissim omnia excludens occulta in mente concupiscentia dānat. Lectio nona.

Donec transeat celum et terra. Iota vnum aut vnus apex non p[re]tenbit a lege donec omnia fiant: et figura littere ostenditur: quod etiam q̄ minima putantur in lege: sacris plena sunt et omnia recapitulantur in euāgelio. Cuius ergo eruditionis est: cuius doctrina etiā diuersa sacrificia et que superstitiosa videtur: in nullius quotidie demō strantur compleri. Qui ergo soluerit vnū de mādatis istis minimis et docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno celorum. Qui autem fecerit et docuerit hic magnus vocabitur in regno celorum. In natalicio vnius confessoris non pō tificis. Ad matut'. Inuitat'.

Regem confessorum dominū. Venite adoremus. ps: Venite. ymn'. Iste cōfessor. In. i. n. a'. Beatus vir qui in lege dñi

in et terra nouā. nec factus est dñs deus. Si ergo noua creanda sūt: cōsequenter sunt vetera trāsitura. Quod autē sequitur tota vnū: aut vnus apex non p[re]tenbit a lege donec omnia fiant: et figura littere ostenditur: quod etiam q̄ minima putantur in lege: sacris plena sunt et omnia recapitulantur in euāgelio. Cuius ergo eruditionis est: cuius doctrina etiā diuersa sacrificia et que superstitiosa videtur: in nullius quotidie demō strantur compleri. Qui ergo soluerit vnū de mādatis istis minimis et docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno celorum. Qui autem fecerit et docuerit hic magnus vocabitur in regno celorum. In natalicio vnius confessoris non pō tificis. Ad matut'. Inuitat'.

Regem confessorum dominū. Venite adoremus. ps: Venite. ymn'. Iste cōfessor. In. i. n. a'. Beatus vir qui in lege dñi meditatur voluntas eius permanet die ac nocte et omnia quecunq; faciet semper p[ro]sperabuntur. ps: Beat' vir. aī: Beatus iste sanctus qui confisus est in dño predicauit preceptum dñi constitutus est in monte sancto eius. ps: Quare fremuerunt. aī: Tu es gloria mea tu es susceptor: meus dñe tu exaltans caput meū et exaudisti me de monte sancto tuo. ps. Dñe quid multiplicati. ℣: Amauit eum dñs et ornauit eum. ℟ Stolā glorie induit eum. Sermo sci augustini epi: Lc. pma:

Solet multos mouere fratres dilectissimi: quod dñs nr ihūs xpūs in sermone euāgelico cum prius dixisset: luceat lumen vestrū coram hominibus: vt videant opera vestra bona: et glorificent patrem vrm qui in celis est. postea dixit. Attendite ne iustitiā vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Turbatur ei mens parum intelligentis: et p[re]cepto vtriq; obaudire

capientis: et per diuersa
et aduersa distenditur.
Tam nemo enim potest
q̄uis vni dño obtempe
rare repugnantia imben
ti: q̄ nemo potest etiam
duobus dominis seruire.
quod eodem sermone sal
uator ipe testatus est. ℟.
Euge serue bone et fidelis
quia in pauca fuisti fidelis
supra multa te constituā.
Intra in gaudiū diñi tui.
℣. Domine quinq; talen
ta tradidisti mihi ecce alia
quinq; superlucratus sum.
Intra in gau. Lectio sēda.

QUid ergo facet a
nimus nutans cū
se obtemperare nō posse
existimat: et non obtem
perare formidat? Si enī
bona opera sua in luce po
suerint hominibus mitiē
da vt faciat quod precep
tum est: sic luceat lumen
vestrum coram hominib̄:
vt videant bona opa via:
et glorificent patrem ve
strum qui in celis est. neq;
se teneri arbitrabitur: q̄
contra preceptū fecerit:
vbi dicitur. Attendite ne
iustitiam vestrā faciatis
coram hominibus: vt vi
deamini ab eis. Rursū
q; si hec timens et cauēs
ea que benefacit absconu
derit: non se putabit ser
uire imperanti et dicēti.
Luceat lumen vestrum
coram hominibus: vt vi
deant bona opera vestra.
℟. Justus germinabit sicut
lilium. Et florebit i eternū
ante dñm. ℣. Plantatus i
domo dñi in atriis domus
dei nostri. Et florebit. ℟c. ij.

QUi autem recte i
telligit vtrum q;
umplet: et seruet vnuer
sissimo dño: qui seruū
pigrum non dānaret si
ea que fieri nullo modo
poterant imperaret. Au
di enim paulum seruū
ihū xp̄i: vocatū apostō
lum: segregatum i euā
geliū dei: vtriq; et faci
entem et docentem. Vi
dete quemadmodum
luceat lumen eius coram
hominibus: vt videant
bona opera eius. Com
mendemus inquit nos
metipos ad omnem con
scientiam hominum in
conspectu dei. Et iterū.
Proximum suum bona. non
solum coram deo sz etiā
coronam omnib̄ hom
inibus. Et iterum. Place
te omnibus per omnia:
sicut et ego omnib̄ per
omnia placeo. ℟. Iste co
gnouit iustitiam et vidit
mirabilia magna. et coro
nauit altissimū. Et iuētus
est in numero sanctorū. ℣.
Iste est qui contemplit vi
tam mundi et peruenit ad
celestia regna. Et. Gloria.
Et. In secundo nocturn. añ.
Inuocantem exaudiuit dñs
sanctum suū dñs exaudiuit
eum et constituit eū i pace.
ps: Cum inuocarem. añ.
Letentur omnes qui spe
rant in te dñe quoniā tu
benedixisti iusto. scuto bone
voluntatis tue coronasti eū.
ps: Verba mea auribus
percipe do. añ. Domine do
minus noster q̄ admirabi
le est nomen tuum i vni
uersa terra. quia gloria et
honore coronasti sanctum
tuum et constituisti eū sup
opera manuū tuarum. ps.
Domine dñs noster. ℣.
Os iusti meditabitur sa
pientiam. ℟: Et lingua eī
loquetur iuditiū. Lēo: iij.

IDete rursus quem
admodum attēdat
ne faciat iustitiam suam
coram hominibus: vt vi
deatur ab eis. Opus au
tem suū probet iquit vn̄
quisq;: et tunc i semetipo
tāti habebit gloriam et
non in altero. Et iterū.
Nam gloria nostra hec ē:
testimoniū consciētie no
stre. Et illud quo melior
est manifestū. Si adhuc
inquit hominibus place
rem: christi seruus nō es
sem. Sed ne quisq; de pre
ceptis quasi repugnanti
bus ipius dñi moueatur:
multomagis apostolo ei
ingerat questionem et
dicat. Quomodo tu di
cis placete omnibus per
omnia: sicut et ego om
nibus per omnia placeo.
et tu idem dicis. si adhuc
hominibus placere xp̄i
seruus non esse. ℟. Iste ē
qui ante deum magn̄ vir
tutes operatus est et omis
terra doctrina eius repleta
est. Ipse intercedat pro pec
catis omniū populorum.
℣: Iste est qui contempsit

vitam mundi et perueni
ad celestia regna. Ipse in
tercedat. Lectio septima:

Sit ipe dñs qui
etiam in seruo suo
et apostolo loquebatur:
et aperiat nobis voluntа
tem suam: et tribuat ob
diendi facultatem. Ipsa
quippe verba euangelica:
secum portant exposito
nes suas: nec intercludit
ora clamentũ: quia pas
sunt corda pulsantium.
Intento quippe cordis
humam quo dirigatur:
et quid expectet intuẽdũ
est. Si enim qui vult vi
deri ab hominibus: glori
am et utilitatem suam po
nit ante homines: et hãc
in conspectu hominũ que
rit: nichil eorum que de
hac re dñs precepit imple
uit: quia et intendit facẽ
iustitiam suam corã ho
minibus vt videatur ab
eis: et non sic eluxit lu
men eius corã hominib:
vt ad hoc viderent bona o
pera eius: vt glorificarẽt
patrem qui in celis ẽ. Se
quippe glorificari voluit:
non deum: et suã q̃siuit
utilitatem: non dilexit
dñi voluntatem. De qui
bus dicat apostolus. Om
nes enim que sua sũt que
runt: non que ihũ xpi.
℟. Amauit eum dñs et or
nauit eum stolam glorie i
duit eum. Et ad portas pa
radisi coronauit eum. ℣.
Induit eum dñs lorica fi
dei et ornauit eũ. Et ad por.

Itaq; nõ Leõ: vij:
illic sententia ter
minata est vbi aut: fie
luceat lux vestra coram
hominibus: vt videant
bona opera vestra: sed
continuo subiũxit cur
faciendum sit: vt glori
ficent inquit patrem ve
strum qui in celis est: vt
homo cum benefaciens
videtur ab hominibus:
intentionem bom facti
habeat in conscientia sua:
intentionem vero mino
tescendi non habeat nisi
in laudibus dei: propter
eos quibus innotescat
utilitatem: quibus hoc
prodest vt deo placeãt
qui hoc prestitit hominũ:
atq; ita non desperent: e
tiam sibi si voluerint hoc
posse prestari. Itaq; alia
sententiam vbi aut. attẽ
dite ne iustitiam vestrã
faciatis coram hom
bus: non alibi termina
ut q̃ vbi dicat: vt videa
mur ab eis. ℟. Iste ho
mo perfecit omnia que lo
cutus est ei deus et dixit ad eũ
ingredere in requiẽ meam.
Quia te vidi iustũ coram
me et omnibus gentibus.
℣. Iste est qui contempsit
vitam mundi et peruenit
ad celestia regna. Quia te
vidi iustum. In tẽo noc
turno: añ: Dñe iste sanc
tus habitabit in tabernacu
lo tuo operatus ẽ iustitiam:
requiescet in monte sancto
tuo. ps: Dñe quis habi.
añ: Vitam petijt a te tribu
isti ei dñe glorią et magnũ
decorem imposuisti sup eũ
posuisti in capite eius coro
nam de lapide pretioso. ps:
Domine in virtute tua.
añ: Hic accipiet benedicti
onem a dño et misericor
diam a deo saluatore suo. qua
hec est generatio querentiũ
dñm. ps: Dñi est terra.
℣. Lex dei eius in corde ip
sius. ℟. Et non supplanta
buntur gressus eius. Secũ
dum lucã: vij: Lectio: vij.

In illo tẽpore. Dix
ibus discipulis sus.
Sint lumbi vestri precin
et luceme ardentes in ma
nibus vestris. Et reliqua.
Omel. sã gregorij pape:

Sancti euangelij fra
tres doctissim apte
nobis ẽ lectio recitata. Sed
ne aliquibus ipa eius pla
nities alta fortasse videa
tur: eam sub breuitate tũs
animus: quatenus eius
expositio ita nescientibus
fiat cognita: vt tamẽ sci
entibus non sit onerosa.
Quia vinis luxuria in lũ
bis sit: femmis in umbili
co: testatur dñs: qui de dy
abolo ad beatum iob loqt
dicens. Virtus eius in lũ
bis eius: et fortitudo illi
in umbilico ventris eius.
A principali igitur sexu:
lumborum nomine luxu
ria designatur: cũ dñs di
cit: sint lumbi vestri pre
cincti. Lumbos cũ pre
cingimus: cum carnis lu
xuriam per continentiaz
coartamus. ℟. Iste homo
ab adolescentia sua partim

merunt infirmos curare. Dicit illi dñs clamitate magna ceecos illuminare et demones effugare. ℣. Ecce homo sine querela verus dei cultor: abstinens se ab omni opere malo et permanens in innocentia sua. Dicit illi. Lectio. viij.

SEd qua minus ē mala non agere: nisi etiam quisq; studeat et bonis operib; insudare: protinus additur. Et lucerne ardentes in manib; vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus: cum per bona opera proximis nostris lucas exempla mōstramus. De quibus profecto operibus dñs dicat. Luceat lux vestra coram hominib; vt videant vestra bona opera et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Duo autem sunt que in habentur: et lumbos restringere et lucernas tenere: vt et mundicia sit castitatis in corpore: et lumē veritatis in operatione. Redemptori etenim nro vnū sine altero placere nequaq; potest: si autē is qui bona agit: adhuc luxurie inquinamēta nō deserit: aut is qui castitate precenmet: necdum se per bona opa exercet. ℟. Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dñm suū. Quando reuertatur a nuptijs. ℣. Vigilate ergo quia nescitis qua hora dñs vester venturus sit. Et vos. Gloria. Quando. Lectio nona:

NEc castitas ergo magna est sine bono opere: nec opus bonū est aliquod sine castitate. Sed si vtrumq; agitur. restat vt quisquis ille ē qui spe ad eternā patriā tendat: et nequaq; se a vitijs pro mundi huius honestate contineat. Qui et si quiddam boni aliqñ pro honestate ī choauerit in eius tamen intentione non debet permanere. nec pro bono opere presentis mundi gloriam querere: sed totam spem in redemptoris sui aduentu constituat. Vnde et protinus additur. Et vos similes hominibus expectantibus dñm suū: quando reuertatur a nuptijs. Ad nuptias quippe dñs abijt: qua resurgens a mortuis et ascendens ī celū: supernam sibi multitudinem angelorum: nouus homo copulauit. Qui tunc reuertitur cū iam nobis per iudicii manifestatur. De sermōe sancti augustini episcopi. ITaq; illā Lectio. sententiam vbi aut attendite ne iustitiā vestram faciatis coram hominibus: non alibi terminauit: q̄ vbi dicit. vt videamini ab eis. nec addidit vt glorificēt patrem vestrum qui ī celis est. sed potius addidit: alioquin mercedem non habebitis: apud patrem vestrum qui ī celis est. hinc enim ostendit eos qui tales sunt quales cē fideles suos non vult: in eo ipso mercedem querere: q̄ videātur ab hominibus ibi constituere bonū suū: ibi oblectare vanitatem cordis sui. ibi cymbalum et iflan. ibi tumescere et contabescere. Cur enī nō sufficeat vt diceret attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus sed addidit vt videamini ab eis: nisi quia sunt quidā: qui sic fatuunt iustitiam suam coram hominibus non vt videantur ab eis. sed vt ipsa opera videātur et glorificetur pater qui in cēlis est. qui ea iustificatis impijs donare dignatus est. Lectio.

QVi tales sunt nec suam iustitiam deputant: sed eius cremuis fide viuunt. Vnde et apostolus dicat. Et rpm lucri faciam: et inueniar in illo non habens meam iustitiam que ex lege est: sed eam que est per fidē xpi: que est ex deo iustitia ex fide. Et in alio loco. Et nos sumus iustitia dei in illo. Vnde et iudeos ita reprehendit. Ignorātes inquit dei iustitiam et suam volentes constituere: iustitie dei nō sūt subiecti. Quisq; ergo

ita vult videri opera sua
ab hominibus vt ipe glo
rificetur a quo ea que i
illo videntur accepit: et
sic ad imitandū bonum
idem ipi qui vident pie
tate fidei prouocentur:
vere lumen eius lucet co
ram hominibus: q; lux
de illo chantatis radiat:
non superbie fumus eu
mitur. Et in eo ipe cauet
ne iusticiam suam faciat
coram hominibus vt vi
deatur ab eis. quia nec
suam deputat illam iusti
ciam: nec ideo facit vt ipe
videatur: seo vt ille intel
ligatur qui laudatur i ho
mine iustificato: vt fac
at et in laudante qd laud
tur in altero: idē vt laudā
tem faciat ee laudabilem.

Intendite ℟ Lectio.
Apostoli cum dixi
set placete omnibus p oia:
sicut et ego omnibus per
omnia placeo quomodo
ibi non remanit quasi
ibi constituerit finem in
tentionis sue vt placeret
hominibus. alioquin fal
sum dixisset quando dicit
si adhuc hominibus pla
cerem xpi seruus nō esse:
sed hanc sumpsit qua
re hominibus placeret.
Non querens inquit qd
michi vtile est: sed quod
multis: vt salui fiāt. Ita
et non placebat hominī
bus propter suam vtili
tatem vt xpi non ēet ser
uus et placebat hominī
bus propter illorū salu
tem: vt xpi esset dispen
sator: idoneus: quia et
illi coram deo conscientia
sufficiebat: et de illo coꝝ
hominibus q; imitarentur
elucebat. Lectio:

Sed quia facebat
quodā vt dictū
est sic coram hominibus
opera sua facere: vt homi
bus placeant: alios vero
vt solam dei laudem et
proximorum salutem
querant. ideo vtriusq; di
uersitatis intentionem
ostendens dixit. placete
omnibus per omnia sicut
et ego omnibus placeo:
Et si adhuc hominibus
placerem xpi seruus non
essem. Quia vero dei lau
dem et proximorū salutē:
quasi apostolatus sui of
ficiū attendens ferue de si
ebat: finem in his so
liate posuit dicens non
querens quod michi vti
le est sed quod multis.
vt salui fiant. Sine eī
nos accusemus: sine deū
laudamus: quia mām
miseriam cuiusq; maiesta
tis celsitudinem consi de
ramus cum deum lauda
mus cum qui sine pecca
to est tanq; qui sine pec
cato est laudandū predi
camus. Lectio:

Via vero i humi
li confessione aie
lucrum est huic plus do
cuit insistere. cum pro
minimo se ostendit duce
re: q; ab hominibus iu
dicaretur aut ab humā
no die. Quando enim
se accusauit: cum p quē
resurrexerat laudauit: eī
dona sibi collata affectuo
sq; erga se omniū cōme
moratus est: spem audi
entiū creuit. hoc qui fece
rit nullam prebebit ad
uersus se inimico calūp
nandi facultatem. nul
lum nocendi aditum.
Quam enim contra te
potent inimicus accusa
onem inuenire cum tu
ipsius fueris accusator q
dñs liberato: Quid erit
ille nisi calumpniato:
cum iustus in principio
sim ipius fuerit accusato:.
In eo iustus: q; accusato:
sui inuentus. Merito hic
sibi ille tutelam p̄mdit
aduersus inimicos con
spicuos: non carnem et
sanguinem macerandā
potius q; cauendā: sed
aduersus principes q po
testates spiritalis nequie.

Nunc recto Lēō:
res ergo tenebra
mirentur lucere coram ho
minibus. Mutātur eī
tenebre: et lumen efficiā
tur: in de que pater glori
ficatur. Nam et de sēpo
loquens apostolus dicat.
Ignotus eram facie eccle
siis: tantum de me audi
erant: quoniam qui ali
quando persequebatur
nos nunc euangelizat:
et in me glorificabant
deum. Tenebre effecte
lumen: alys lucebant q
filij lucis patrē luminū
glorificabāt. Ne autem

ipsum lumen tenebrosũ efficiatur: intentionis affectum attendere: finẽ operũ discutere: et retributionis stipendiũ videre præcipimur. Ipse ergo pater celestis sit finis operum lucentiũ. sit eius glorificatio lucendi metaũtum: a quo procedit omne opus bonũ et ad quem tendere debet hominis desiderium. Laudantes ergo invocemus dominũ: et ab animas nostris invisibilibus salutem: præstante dño nro ihũ xpo qui vivit et regnat i scla sæculoz Amen. Tu autem dñe. Lectio sancti euangelij secundum lucam. xij. Lectio septima.

In illo tempore: Dixit ihũs discipulis suis. Sint lumbi vestri præcincti: et lucerne ardentes in manibz vestris. Et reliqua. Omelia bti gregorij papæ:

Hos similes hominibus expectãtibz dominũ suũ quando revertatur a nuptijs. Ad nuptias quippe dominꝰ abijt: qua resurgens a mortuis et ascendens in celum: superna sibi multitudinem angelorum novus homo copulauit. Qui tunc revertitur: cũ iam nobis per iudicium manifestatur. Bene aũt de seruis expectantibus dicitur: vt cum venerit et pulsauerit confestim aperiant ei. Venit quippe dñs cum ad iudicium properat: pulsat vero cum iam per egritudinis molestias esse mortem vicinam denũciat. Cui confestim aperimus: si hunc cum amore suscipimus. Aperire eñ iudicia pulsanti non vult: qui timet de corpore trepidat et videre cum quem contempsisse se meminit: iudicẽ formidat. Leo.vij.

Qui autem de sua spe et operatione securus est: pulsanti cõfestim aperit quia letus iudicem sustinet: et cũ tempus propinque mortis agnouerit de gloria retributionis hylarescat. Unde et protinus subdit.

Beati sunt serui illi: qꝫ cum venerit dñs invenerit vigilantes. Vigilat qui ad aspectum veri luminis mentis oculos apertos tenet. Vigilat qꝫ seruat operando quod credit. Vigilat qui a sectoribus et negligentie tenebras repellit. Hinc etenim paulus dicit. Evigilate iusti et nolite peccare. Hinc rursus dicit. Hora est iam nos de somno surgere. Ito. ix.

Sed veniens dñs quos vigilantes inuenerit serui exhibeat audiamꝰ. Amen dico vobis qꝫ præcinget se et faciet illos discumbere et transiens ministrabit illis. Præcinget se id est ad retributionem præparat: et faciet illos discumbere id est in eterna quiete refouere. Discũbere quippe nostrũ in regno quiescere est. Unde rursus dñs dicit. Venient et recumbent cũ abraham. ysaac. et iacob. Transiens autẽ dñs ministrat: quia lucas sue illustratione nos sanat.

Transire vero dictum est cum de iudicio ad regnũ redit. Vel certe nobis dominus post iudicium transit: quia ab humanitatis forma in diuinitatis suę contemplatione nos elevat. Et transire eius est in claritatis suę speculationem nos ducere. cũ eũ quem in humanitate iudicem cernimus etiã in diuinitate post iudicium videmus. Item de omelia sancti gregorij papæ super euangelio:

Sint lumbi vestri præcincti. Leo septima: O

Iudicium veniens: in forma serui omnibus apparet: qꝫ scriptum est. Videbũt i quẽ transfixerunt. Sed cum reprobi in supplicium corruunt: iusti ad claritatis eius gloriam pertrahuntur sicut scriptũ est. Tollatur impius: ne videat gloriam dei. Sed qd si serui in prima vigilia negligentes existunt? Prima quippe vigilia primæ etatis custodia ẽ. Sed nec sic desperandũ

præcosis vestibus mdu
tur caro: quid est aliud
nisi caro? Nolite ergo at
tendere quid habetis: sed
quid estis. Vultis audi
re quid estis? Propheta
mdicat dicens. Vere fe
nū est populus. Si enī
fenū est populus nō est:
vbi sunt illi qui ea que
colimus nobiscum trans
acto anno beati confesso
ns. N. natalicia celebra
uerunt. O quātā qua
lia de presentis vite pro
uisione cogitabāt: sed
surripiente mortis arti
culo: repente mhis que
prcudere nolebant ūnen
ti sunt: et cuncta simul
temporalia congregata
que quasi stabiliter te
nere videbantur amise
runt. Lectio nona.

Si ergo transacta
multitudo generis
humani per natiuitatē
viruit in carne: per mor
tem arut in puluere ve
lut fenū fuit. Quia igit
momentis suis hore fu
giunt: agite fratres ka
rissimi vt in bom operis
mercede teneātur. Audite
quid sapiens salomon
dicat. Quodcūq; potest
manus tua facere mstā
ter operare quia nec ratio.
nec sapientia. nec sapiētia
est apud mferos. quo tu
properas. Quia ergo et
venture mortis tempus
ignoramus: et post mor
tem operari nō possum⁹:
super est vt ante mortem
tempora mdulta rapia
mus. Sic enim mors
ipsa cum venerit vīatur
si prusq; venat semper
timeatur. In natali
cys virginū. ad matu
tinas. Iuuitatorium.

Regem virgi
nū dominū.
Venite adore
mus. ps. De
mte. Hymnus.

Virgims proles opi
fex q; matris vir
go quem gessit: peperit
q; virgo virgims festū
canimus trophеū: acci
pe votum. Hec tua vir
go duplicā beata: sorte
dum gessit fragilem do
mare: corpus secum:
domuit cruentum corpo
re seclum. Unde ñ mor
tem nec amica mortis:
seua penarum genera pa
uescens: sanguine fuso
merunt sacratum scādere
celum. Unus obtētu
deus alme nostris: parce
tam culpis vicia remittēs:
quo tibi puri resonemus
almū pectoris hymnum.
Gloria patri genteq;
proli: et tibi cōpar vtriusq;
semper: spiritus alme
deus vnus omn tēpore
secli. Amen. In primo
nocturno. a'. O q̄ pulchra
est casta generatio cū clari
tate. ps. Dñe dñs noster.
añ. Ante thorum hui⁹ vir
ginis frequentate nobis
dulcia canticā dragmatis.
ps: Celi enarrant gl̄iam.
añ: Reuertere reuertere su
namitis reuertere reuertere
vt intueamur te. ps: Dñi
est terra. ℣. Species tua et
pulchritudine tua. ℟. Intē
de prospere procede et regna.
Sermo sancti augustini
episcopi. Lectio prima.

Inter parabolas a
dñō dictas solet
querentes multū mouere
ista que de decem virgin
bus posita est. Et multi
quidem hinc multa sensē
runt: que non sūt preter
fidem. Sed quomodo par
tibus⁹ omnibus conuenien
at expositio. id elaborān
dum est. Legi enī in qua
dam scriptura ex earum
genere que apocrypha
nominantur: q̄ nō sit
contra catholicam fidē.
sed huic loco mdi mū⁹
congruere visa est: consi
deranti omnes huius si
militudims partes. De
qua tamen expositione
temere mdū audeo iudi
care: ne forte non eius
mconuenientia mihi
angustiam fecerit: si me
a tarditas in eam conue
mentiam non venerit.
Quid autem mihi vide
atur non absurde de hoc
loco accipi: quantum po
tero breuiter et diligenter
exponam. ℟: Dem sponsa
xpi accipe coronam quam
tibi dñs preparauit pro cui⁹
amore sanguinem tuū fudi
sti. Et cum angelis in para
disum introisti. ℣. Dem
electa mea et ponam in te
thronū meū quia cōcupuit
rex speciem tuam. Et cum.

Interrogatus igit dñs noster a discipulis de consummatione seculi: inter multa que locutus est. hec quoq; dicat. Tunc simile erit regnum celorum decem virginibus: que acceperunt lampades suas: et exierunt obviam sponso et sponse. Quinq; autem ex eis erant fatue: et quinq; prudentes. Sed quinq; fatue acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes autem acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Tardante autem sponso: dormitaverunt omnes et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est. Ecce sponsus venit: surgite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines ille: et aptaverunt lampades suas. Et dixerunt ille stulte ad sapientes. Date nobis de oleo vestro: q; lampades nostre extinguuntur. Responderunt sapientes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis et vobis: ite potius ad vendentes et emite vobis. Et dum irent emere venit sponsus: et que parate erant intraverunt cū eo ad nuptias et clausa est ianua. Novissime vero veniunt et reliquę virgines dicentes. Dñe dñe aperi nobis. At ille respondens ait. Amen dico vobis: nescio vos. Vigilate itaq;: quia nescitis diem neq; horam. Decem itaq; virginū q; quinq; admittuntur et quinq; excluduntur: bonorum et malorū discretionem significat. Qua ppter cum virginitatis nomē honorabile est: aut receptis exclusisq; cōmune è: dicit de quid sibi vult immensus et vtraq; pte ꝯ inanis. ℟. Diffusa è gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te deus in eternum. ℣. Speciosus tua et pulchritudine tua. intende prospere procede et regna. ppter veritatem. Quicquid. Ltō. iij. autem significat oleum inuū est q; sapientes petentibus non communicant: cum et inuidere pīas non sit eis que ita perfecte sunt: vt a sponso reapiantur: quo nobis nullo dubitante dñs nr ihūs xp̄us significatur: et misericordes esse oportet ad prestandū: et eo q; habent presentē illa sententia eiusdem dñi dicentis. Omni petenti te tribue. Quid est autem quod possit dando nō sufficere vtrisq;? Hec materia auget quesiones difficultatem. quāq; et cetera diligenter considerata vt omnia in vnam rationē concurrant: nichil q; in vnam partem dicatur quod ipediat aliā. magna cautio est adhibenda. ℟. Speciosus tua et pulchritudine tua: Intende prospere procede et regna. Vers. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Intende. Gloria. Intende: In secundo nocturno. ℣. Speciosus tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. ps: Eructauit cor meum. an. Adornabit eam deus vultu suo: deus in medio eius nō commouebitur. ps: Deus noster refugiū. añ. Aque multe non potuerunt extinguere charitatem. ps: Magnus dñs et laudabilis. ℣. Adornabit eam deus vultu suo. ℟. Deus in medio eius nō cōmouebit. Te. mij.

Dicuntur itaq; mistice quinq; virgines: significare quinq; partitam continentiam a carnis illecebris. Continē dus est enim animus appetitus a voluptate oculorū: a voluptate auriū: a voluptate olfaciendi: gustandi: tangendi. Sed quia ista continentia partim coram deo fit: vt illi placeat a interiorū gaudio cōscientie. partim coram hoibus tantum: vt gloria capiatur humana. quinq; dicuntur sapientes: et quinq; stulte. Utreq; tamen virgines q; vtraq; continentia est. q̄uis diverso fomite gaudeat. Lampades autem que manibus portantur: opera sunt que secundum istam continentiā fiunt Dictum est enim. Luce 12

opera vestra corã hoibꝫ.
℟. Propter veritatẽ ⁊ mã
suetudinem et iustitiã. Et
deducet te mirabiliter dex
tera tua. ℣. Speciosa tua et
pulchritudine tua intende
prospere procede et regna.
Et deducet. Lectio quinta.

OMnes vero acceperũt
lampades suas: et
venerunt obuiam sponso.
Intelligendum est ergo
xpi nomine censeri: de
quibus agitur. Nõ enĩ
possunt qui christiani nõ
sunt: sponso xpo venire
obuiam. Sed quicq; fa
tue acceptis lampadibꝫ
suis: non sumpserũt ole
um secum. Multi enim
q̃uis de xpi hoitate plura
mi sperent. gaudiũ ta
men non habent diu con
tinenter vnumit: nisi in
laudibus hominũ. Nõ
ergo habent oleum secũ.
Nam ipsam leticiã oleo
significam arbitror. Prop
terea inquit. Vnxit te de⁹
deus tuus oleo leticie. Ali
autem non propterea:
gaudent: qua deo itrin
secus placent: nõ habẽt
oleum secum. ℟. Dilexi
sti iustitiam et odisti iniq
tatem. Propterea vnxit te
deus deus tuus oleo leticie.
℣. Propter veritatẽ et mã
suetudinem et iustitiam.
Propterea. Lectio sexta.

DRudentes autem
acceperunt oleum
in vasis suis cum lampa
dibus: id est leticiam bo
norum operum in corde
atq; conscientia posuerũt.
Sic et apostolus admo
net. Probet se homo iqt.
Et tunc in semetipso ha
bebit gloriam et non in
altero. Tardante autem
sponso dormitauerũt oĩes:
qua ex vtroq; genere cõ
mentũ hominũ: siue
cor q̃ coram deo exultãt: siue
cor q̃ i laudibꝫ hoim acq̃s
cãt morituꝝ hec iteriallo tẽ
poris donec sub aduentu
dñi fiat resurrectio mor
tuorum. Media autem
nocte: id est nullo sẽtiẽte
aut speraute: quippe cũ
ipe dñs dicat. De die au
tem illa et hora nemo sat
Et apostolus. Dies dñi
tanq̃ fur ita i nocte ven
et. ex quo significat pen
tus latere cum venerit.

℟. Offerentur regi virgines
post eam proxime eius. Offe
rentur tibi in leticia et exul
tatione. ℣. Speciosa tua ⁊ pul
chritudine tua intende prosx
pere procede et regna. Offerẽ
tur. Gloria pri. Offerentur.
In tertio nocturno. Antẽ.
Nigra sum sed formosa fili
e hierusalem ideo dilexit me
rex et introduxit me in cubi
culum suũ. ps. Cantate.
primũ. añ. Trahe me post
te in odorem curremus vn
guentorum tuorũ oleum
effusum nomen tuũ. ps. Do
minus regnauit exul. añ.
Dem sponsa xpi accipe coro
nam quam tibi dñs prepa
rauit in eternũ. ps. Cãtate.
ij. ℣. Elegit eam deus et
preelegit eam. ℟. In taber
naculo suo habitare facit eã
Lectio sancti euangelij se
cundũ matheũ. xxv. Le. vij.

IN illo tpe: Dixit ihc
sus discipul' suis:
parabolam hãc. Simile
est regnũ celorum decem
virginibus: que accipiẽ
tes lampades suas exierũt
obuiam sponso et sponse.
Et reliqua. Omelia sancti
gregorij pape. Lectio. vij.

SIc vos fratres dilec
tissimi ad monco
prava opera fugere: mũ
di huius inquinamenta
detestare: sed hodierna sã
cti euangelij lectione cõpel
lor dicere: vt et bona que
agitis cum magna cautes
la timeatis: ne phoc quod
a vobis recte geritur fauo
re aut humana gratia requ
ratur: ne appetitus lau
dis surrepat: et quod fo
ris ostenditur intus a mer
cede euacuetur. Ecce enĩ
redemptoris vox decẽ vir
gines: et omnes dicũtur
virgines: et tamẽ intra
beatitudinis tamuã non
omnes recepte quia carũ
quedam dñi de virgini ta
te sua gloriam foris expe
tunt: in vasis suis oleum
habere noluerunt. ℟. Hec
est virgo sapiens quã dñs
vigilantem inuenit que ac
ceptis lampadibus sumpsit
secum oleum. Et veniente
dño introiuit cum eo ad
nuptias. ℣. Media autem
nocte clamor factus est ecce
sponsus venit exite obuiam
ei. Et venite. Le. vij.
Sed prius queren

dum nobis est quid sit
regnum celorum aut cur
decem virginibus compa
retur que etiam virgines
prudentes et fatue dican
tur. Dum enim celorum
regnum constat: qua re
prolorum nullus ingredi
tur: etiam fatuus virgini
bus cur simile esse perhibe
tur? Sed sciendū nobis
est: q̄ sepe in sacro eloio
regnum celorū presentis
temporis ecclesia dicatur:
de quo in alio loco dns
dicit. Mittet filius hois
angelos suos: et colligēt
de regno eius oīa scan
dala. Neq; enim in illo
regno beatitudinis in quo
par summa est inuenīri sca
dala poterunt que colli
gantur. Et inde rursum
dicitur. Qui ergo solue
rit vnum de mandatis is
tis minimis: et docuerit
sic hominēs: minimus
vocabitur in regno celorū.
℟. Media nocte clamor
factus est. Ecce sponsus ad
uenit exite obuiam ei. ℣.
Prudentes virgines aptate
vestras lampades. Ecce spō
sus aduenit. Lectō nona:

Mandatum quippe
soluit et docet qui
hoc quisq; voce predicat
quod vita non implet.
Sed ad regnū eterne bea
titudinis peruenire non
valet: qui nō vult opere
implere quod docet. Quo
modo ergo in eo minimus
vocatur: qui ad hoc millo
modo intrare permittitur?
Quod utiq; per hanc sen
tentiam nisi presens eccle
sia celorum regnū dicit:
in qua doctor qui man
datum soluent minimus
vocatur: quia eius vi
ta despicitur: restat vt ei
predicatio contēpnatur.
In quinq; autē corporis
sensibus vnusquisq; sub
sistit. Geminatus autē
quinarius denarii per fi
cit. Et quia ex vtroq; se
ru fidelium multitudo col
ligitur sancta ecclesia de
cem virginibus similis
denunciatur: in qua quia
mali cum bonis et reprobi
cum electis admixti sūt:
recte similis virginibus
prudentibus et fatuus esse
perhibetur. ℟. Dum electa
mea et pona in te throni

meum. Quia concupiuit rex
speciem tuam. ℣. Specie tua
et pulchritudine tua intende
prospere procede et regna. Qa
concupiuit. In festo vir
mus sancte martyris so
lum: vel sanctarum mar
tyrum et non virginū
omnia sicut in festo vir
us sancte non virginis
nec martyris dicantur.
Excepto q̄ primū. ℟.
salicet. Dum sponsa ar
sit. dicatur: et reliqua:
per ordinem. Ultimū
vero. ℟. dicatur. Regi
num mundi et omnem
ornatum. Residuum ser
monis de virginibus vi
duis. De sermone sā au
gustini cpi. Leō prima:

Clamor factus est:
ecce sponsus venit
surgite obuiam ei. In ictu
oculi in nouissima tuba:
omnes resurgemus. Er
go surrexerunt omnes il
le virgines et aptauerūt
lampades suas: id est ra
tiones reddendas operū
suorum. Oportet nos ex
hiberi ante tribunal xpi:
vt illic vnusquisq; recipiat
quod gessit in corpore: si
ne bonum siue malum.
Et dixerunt fatue ad sa
pientes date nobis de oleo
vestro: quia lampades nr̄e
extinguntur. Quorū cū
facta aliena laude fulcū
tur: eadem subtracta defi
ciunt: et de consuetudine
id semper inquirūt: vnde
gaudere animus solet. Ita
q; hominū qui corda non
vident: testimonū volūt
habere apud deum: qui
cordis ispector est. Le. ij:

Sed quid respon
derunt sapientes?
Ne forte non sufficiat no
bis. Vnusquisq; enim pro
se rationem reddet: nec a
lieno testimonio quisq̄m
iuuatur apud deum cui
secreta cordis apparent:
et vir sibi quisq; sufficiat
vt ei testimonium perhibe
at conscientia sua. Qui
enim gloriabitur mundū
se habere cor? Inde è q; apo
stolus dicit. Nichil mihi
mū est vt a vobis diudi
cer aut ab humano die:
sed neq; meipsum iudico
Nihil propter enim de se q̄s
q; aut non omnino aut
vix possit veram proferre

sententiam: quomodo po
test de alio iudicare: cum
sciat nemo quid agatur
in homine nisi spiritus
hominis. Lectio tercia:
Ite magis ad ven
dentes: et emitte
vobis. Non consiliū de
disse putande sunt: sed
crimen earum ex obliquo
cōmemorasse. Vendunt
enī oleum adulatores:
qui siue falsa siue igno
rata laudando: i errores
animas mittunt: et eis
vana gaudia tāq̄ fatuis
consiliando: aliquam de
hys mercedem siue a bo
nis: siue proximis: siue honorē:
siue alicuius commodi
temporalis acapiūt: nō
intelligentibus quod dic
tum est. Qui vos felices
dicunt: in errorem vos
mittunt. Melius ē autē
obiurgari a iusto: q̄ a pec
catore laudari. Emenda
bit me inquit iustus in
misericordia et arguet
me: oleū autē peccatoris
non impiguet caput me
um. Lectio quarta:
Ite ergo magis ad
vendētes: et emitte

cōra deo

vobis: id est videamus
nunc quid vos adiuuāt:
qui vobis laudes dicere
consueuerunt. et vos in
errorem ducere vt nō co
ram deo sed ab hominib⁹
gloriam quereretis. Eī
tibus autem illis emere
vent sponsus id est ī ch
nantibus se illis: ad ea
que foris sunt et soluis
gaudere querentib⁹: q⁹
gaudia interna nō no
nerant: venit ille qui
iudicat. Et que parate
erant: id est quibus bo
nū testimonii consci en
cia perhibebat: intrave
runt cū eo ad nuptias:
id est vbi munda anima
sempiterno dei verbo fecū
da copulatur. Clausa ē
ianua: id est receptis il
lis qui sunt in angelicā
vitam imutandi: omēs
enī resurgemus inquit
apostolus: sed non omēs
imutabimur: clausus est
aditus ad regnū celorū.
Non enī post iudicium
patet preciam aut merito
rum locus. Lectō quinta:
Nouissime autem
venīt et reliqui

virgines dicentes. Dñe
dñe aperi nobis. Nō dic
tum est q⁹ emerunt oleū:
et ideo intelligende sunt
nullo remanente de alie
nis laudibus gaudio:
magnis afflictionibus re
dire ad implorationem
dei. Sed magna ē eius
seueritas post iudicium:
cuius ante iudicii mef
fabilis miseri cordia pre
rogata est. Itaq; respon
dens ait: Amen dico vo
bis: nescio vos. Ex illa
scilicet regula estis quā
non habet ars dei: hoc ē
sapientia dei vt intrent ī
gaudiū eius: qui nō co
ram deo: sed vt placerēt
hominibus: vili fuit ali
quid secundū precepta
eius operari. atq; ita cō
cludit. Vigilate ergo q⁹
nescitis diem neq; horā.
Non modo illi vltimum
temporis quo venturus
est sponsus: sed ⁊ siue q⁹
q⁹ dormitionis diem et
horam nescit. Lectō. vj.
Vos autem para
tus est vsq; ad sōp
nium: id est vsq; ad mor
tem: qui omnib⁹ debet:

paratus inuenietur. etiā
cum illa vox media noc
te sonuerit qua omnes
eiugilaturi sumus. Q⁹
vero sponse ducit obuiam
venire virgines: sic intel
ligendum puto vt ex ip
sis virginibus cōstet ea
que dicitur sponsa: tāq̄
si omnibus tp̄ianis in
ecclesiam concurrentib⁹
filij ad matrem concurre
re dicantur: cū ex ipsis
filijs congregatis: con
stet ea que dicitur matr.
Nunc enim desponsata ē
ecclesia: et virgo est ad
nuptias perducenda: id
est cum se contineat a co
ruptione seculari illo tem
pore nubet: quo vniūsa
mortalitate pretereunte
immortali coniunctione
fruatur. Desponsam in
quit vos vni viro virgi
nem castam exhibere xp̄o.
Vos inquit virginem:
a plurali ad singularem
concludens: ideo ⁊ virgi
nes dici possunt ⁊ virgo.
Cur autē quinq; vt mihi
videtur exposita ē. Lc. vij.
Sed quia nūc vi
demus ī enigmate:

tunc autem facie ad fa-
ciem et nunc ex parte tūc
autem ex toto. Ipsū aūt
in enigmate et ex parte:
est nunc in scripturis ali
quid cernere qđ tamen
sit secundum catholicam
fidem: et ex illo pignore
contigit quod accepit
virgo ecclesia: hūmli
aduentui sponsi sui: que
illo vltimo aduentu cū
vemet in claritate nup
tura est: cum iam facie
ad faciem conuiebitur.
Dedit enim nobis pignꝰ
spūtus sicut dicit apo
stolus. Et ideo ista expo
sitio mihil certum mtue
tur: misi vt secundum fi
dem sit. Neq; aliꝰ p̄cui
dicat: que mihil omnino
secundum fidem esse po
tuerūt. Lcō sācti euangelij
Secundum matheū. xxv.

In illo Lectio. vij.
tpe: Dixit ihesus di
scipulis suis. parabolam
hanc. Simile est regnū
celorum decem virginib⁹:
que accipientes lampades
suas exierunt obuiā spon
so et sponse. Et reliqua.
De omel. sci gregorij pape.

Cum quinq; corporis
sensibus vnusquis
q; subsistit. Denarius
autem quinarius denarū
perficit. Et quia ex vtro
q; sexu. fidelium multitu
do colligitur: sancta eccle
sia decem virginibus simi
lis denūciatur. In qua
qua mali cum bonis et
reprobi cum electis admix
ti sunt. recte similis virgi
nibus p̄udentibus et fa
tuis esse perhibetur. Sūt
namq; plerique continen
tes qui ab exteriora se ap
petitu custodiunt et spe
ad interiora rapiuntur.
Carnem macerant: a to
to desiderio ad supernam
patriam anhelant. Eter
na premia expetunt. et pro
laboribus suis accipe lau
des humanas nolunt.
Hy nimirū gloriā suam
non in ore hominum po
nunt sed intra conscien
tiam cōtegunt. Lcō. vij.

Et sunt plerique qui
corpus per abstinē
tiam affligunt. sed de ip
sa sua abstinentia huma
nos fauores expetunt: de
ctrine inseruiunt. mdi

gentibus multa largiū
tur. Sed fatue p̄fecto
sunt virgines: qua sola
laudis transitorie retribu
tionem queruntur. Unde et
apte subditur. Unq; fa
tue non sumpserūt oleū
secū. p̄udentes autē ac
ceperunt oleum in
vasis suis cum lampadi
bus. Per oleum q̄ppe mto:
glorie designatur. vascu
la autem nostra sūt cor
da in quibus ferimus
occulta que cogitamus.
P̄udentes ergo oleū in
vasis suis habent. qua
intorem glorie intra con
scientiam retinent: paulo
attestante qui ait. Gloria
nostra hec est. testimoniū
conscientie nostre. Fatue
autem virgines oleum
foris non sumūt: qua
gloriam intra conscientiā
non habent: dum hāc ab
ore p̄mor q̄rūt. Lc. ix.

Notandum vero q̄
omnes lampades
habent sed omnes oleū
non habent: qua plerū
q; bona in se opera cum
electis et reprobi oñdūt:
sed sole ad sponsū venūt
cum oleo que de bnis que
foris egerunt intus glo
riam requirunt. Unde p
psalmistam quoq; de hac
ta electorum ecclesia dicit.
Omnis gloria eius filie
regis ab intus. Horam
autem facientē sponsū: dor
mitauerunt omnes virgi
nes et dormierūt. Quia
dum venire inter ad ex
tremū iudicū differt. e
lecti et reprobi i mortis
sompno sopiūtur. Dor
mire etenim mori est. ante
sompnū vero dormitare
est. ante mortē a salute
languescere: quia per pō
dus cogitationis p̄cruen
tur ad sompnum mortis.

In natiū vnius sācte
non virginis nec marty
ris. Ad matut. Inuitat:
Laudemus deum nostrum.
In confessione beate. M. ps.
Venite exultemus. vnnus:

Deus obtenui de⁹
alme nostris: par
cendo culpis vitia remit
tens quo tibi pium reso
nemus almū pectoris
hymnū Gloria patri
genitoq; p̄roh: et tibi cō
par vtriusq; semper spūs

alme deus vnus omni
tempore secli. Amē. In
secundo. nocturn. a'. O q̄
pulchra est casta generatio
cum claritate. ps. Domine
dñs nr. añt. Lena eius sub
capite meo et dextera illius
amplexabitur me. ps. Cli
narrant. añ. Reuertere
reuertere sunamitis reuertē
reuertere vt intueamur te.
ps. Domini est terra. ℣.
Speae tua et pulchritudi
ne tua. ℟. Intende prospe
re procede et regna: Ser
mo sancti augustini:
Lectio prima:
De sint decem vir
gines: quarum
quinq; sunt prudentes et
quinq; stulte: non facile
inuestigari potest. Verum
tamen secundum ea que
continet ipsa lectio quā
charitati vestre etiam ho
die volui recitare: quātū
michi dñs intellectum
donare dignatur nō mi
chi videtur ista parabola
vel similitudo ad eas solas
pertinere que propria et
excellentiori sanctitate
virgines in ecclesia nomi
nantur: quas etiam ꝺsi
tationi vocabulo sancti
monales appellare con
sueuimus: sed in fallor
hec similitudo ad vniuer
sam ecclesiam pertinet:
qua et si illas solas in
telligeremus: que sanc
timonales vocantur:
nūquid decem sunt? Ab
sit vt tanta virginū mul
titudo: ad tam exiguum
numerum reuocetur. ℟.
Diffusa est gratia in la
bijs tuis. ꝓpterea benedixit
te deus in eternū. ℣. Spe
cie tua et pulchritudine tua
intende prospere procede et
regna. Propterea. Lcō. ij.
Forte autem dice
ret aliquis. Quod
si multe sunt nomine et
tam pauce sunt in verita
te: vt vix decem inuenia
tur? Non ita est. Nam
si solas decem intelligi
vellet bonas nō ibi osten
deret quinq; fatuas. Si
enī multe sunt que vir
gines vocantur: quare
contra quinq; hostia clau
duntur. Intelligamus
fratres charissimi ad om
nes nos ad est ad vniuer
sam omnimodo ecclesiā

Infestiuo die

istam parabolam pertine
re: non ad solas ꝓpo
sitas de quibus locuti su
mus: neq; ad solas ple
bes: sed ꝓrsus ad oēs.
Quare ergo quinq; et
quinq;. ℟. Speae tua et
pulchritudine tua: Intende
prospere procede et regna.
℣. Diffusa est gratia in la
bijs tuis: propterea bñdixit
te deus in eternū. Intende.
Iste Lcō secūda.
quinq; et quinq;
virgines omnes omino
sunt anime christianor.
Sed vt dicamus vobis
quod deo inspirante sē
tiamus: non qualescum
q; anime: sed tales ai e
que habent catholicam
fidem: et habere videtur
opera bona in ecclesia
dei: et tamen ex ipsis
quinq; sunt ꝓuidētes:
et quinq; fatue. Quare
ergo appellate sunt quī
q;: et quare virgines:
ꝓius videamus et de
cetera consideremus. Ois
anima in corpore ideo q̄n
ario numero censetur: q:
quinq; sensibus vtitur.
Nichil est enī quo sentī
mus in corpore nisi ianua
quinq; partita: aut vidē
do: aut audiendo: aut o
dorando: aut gustādo: aut
tangendo. Qui ergo se ab
stinet ab illicito visu: ab
illicito auditu: odoratu:
gustu: et tactu: propter
ipsam integritatem virgi
nis nomē accepit. ℟ Propter veritatem et mansuetudi
nem et iustitiam. Et deducet
te mirabiliter dextera tua. ℣.
Speae tua et pulchritudine
tua: intende prospere procede
et regna. Jn secūdo noctē.
añt. Speae tua et pulchritu
dine tua: intende prospere p
cede et regna. ps. Eructauit
cor meum. añ. Adiuuabit
eam deus vultu suo: deus in
medio eius non commoue
bitur. ps. Deus noster re
fugiū. añ Aque multe non
potuerunt extinguere charita
tem. Ps. Magnus dñs. Et
laudabilis. ℣. Adiuuabit
eam deus vultu suo. ℟ Deus
in medio eius non commoue
bitur. Lectio quarta:
Sed si bonū est absti
nere ab illicitis sen
tiendi motibus: et ideo
vna quaq; anima xpiana

virgims nomen accepit:
quare quinq; admittuntur et quinq; repelluntur?
Parum est qua virgines
sint et lampades habent.
Virgines propter abstinentiam ab illicitis sensibus. lampades habentes
propter bona opera. De
quibus dns dicit. Luceat lux vestra coram hoibus
vt videant bona facta vestra: et glorificent patrem
vestrum qui in celis est.
Item discipulis suis dicit.
Sint lumbi vestri precincti: et lucerne ardentes. In
lumbis accinctis virginitas: in lucernis ardentibus
bona opera. ℟ Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem.
Propterea unxit te deus deus
tuus oleo letitie. ℣. Propter
veritatem et mansuetudinem
et iustitiam. Propterea. Lectio. v.

Non solet dici virginitas vtique i coniugatis: tamen etiam ibi
est fidei virginitas que exhibet pudicitiam coniugalem. Nam vt nouerit sanctitas vestra: non ipse tunc secundum animam: et
secundum integritatem
fidei: quia etiam fide ab
illicitis abstinetur et bona opera fiunt: vnusquisq; vel vnamquamq; aiam
virginem dicit: tota ecclesia que constat ex virginibus et pueris et matronis femmis et vxoratis viris vno nomine virgo
est appellata. Vnde hoc
probamus? Apostolum
audi dicentem: non solum
sanctimonialibus: sed
vniuerse prorsus ecclesie
dei. Desponsam vos vni
viro virginem castam exhibere xpo. ℟. Media nocte
clamor factus est. Ecce sponsus venit exite obuiam ei. ℣.
Prudentes virgines aptate
vestras lampades. Ecce spō.

Et quia Lectio. vi.
Humus virginitatis
corrupto: draconolus cauet
dus est: continuo xpe apostolus cum duxisset: despōsaui vos vni viro virginem
castam exhibere xpo: adunxit et ait. Timeo ne
sicut serpens seduxit euam
versutia sua: sic et sensus vestri corrumpantur
a castitate que est in xpo
ihu. In corpore virgini-
tatem pauci habent: in
corde omnes habere debent.
Si ergo ab illicitis abstinentia bona est: unde virginitas nomen accepit:
et opera bona laudabilia
sunt que significantur in
lampadibus: quare quinq; admittuntur? quinq;
repelluntur. Si virgo es
et lampades fert: et tamen
non admittitur: vbi se
videt: qui nec virginitatem ab illicitis seruat:
nec opera bona volens ha
bere i tenebris ambulat.
℟: Veni electa mea et ponam in te thronum meum. Quia concupiuit rex speciem tuam.
℣. Speciosa facta es et pulchra
in deliciis tuis: intende prospere procede et regna. Quia concupiuit. In terno nocturno. an̄.
Nigra sum sed formosa filia
ierusalem: ideo dilexit me
rex: et introduxit me in cubiculum suum. ℣. Cantate. i.
an̄. Trahe me post te: in odorem
unguentorum tuorum curremus. Unguentum effusum nomen tuum.
℣. Dns regnauit exul.
an̄. Cum sponsa xpi: accipe
coronam quam tibi dns preparauit in eternum. ps Can-
tate. ij. ℣ Elegit eam dns
et preelegit eam. ℟ In tabernaculo suo: habitare faciat eam.
Lectio sancti euangelij secundum matheum: xxv.

In illo tpe: Dixit ihs
discipulis suis. parabolam hanc. Simile est
regnum celorum thesauro
abscondito in agro: quem
qui inuenit homo abscondit et pre gaudio illius
vadit. et vendit vniuersa
que habet et emit agrum
illum. Et reliq̄. Omelia
sancti gregorij pape. lc. vij.

Celorum regnum fratres carissimi ideo
terrenis rebus simile dicitur: vt ex hiis animum noscat: sitiat ad incognita
que non nouit. Quatenus
exemplo visibilium se ad i
nuisibilia rapiat: et per ea
que visu didicit: quasi cō
fricatus in calefiat: vt per
hec ea sciat notum diligere.
discat et incognita amare.
Ecce enim regnum celorum
thesauro in agro abscōdito comparatur: quem qui
inuenit homo abscondit:
et pre gaudio illius vadit
et vendit vniuersa que

habet. et emit agrū illū. Qua in re: hoc quoq; notandum est. q̄ inuentus thesaurus absconditur. vt seruetur. Qua studiū celestis desiderij: a maligni spiritibus custodire non sufficiat. qui hoc ab humanis laudibus non abscōdit. In presenti etenī vita. quasi in via sumus: qua ad patriā peregrinā: Maligni autē spiritus inter nostrū. quasi quidā latrūculi obsident. depredari ergo desiderant: qui thesaurū publice i via portāt. Hoc aut dico non vt prorsum. opera mā non videant: cum scriptum sit. Videant opera vā bona: et glorificent patrem vestrū qui in celis est. sed vt per hoc quod agimus: laudes eterne non queramus. Sic autem fit opus i publico: quatenus intentio maneat in occulto: vt q̄ de bono opere. promptius preleamus exemplum: et tamen pro intentione q̄ soli deo placere querimus semper optemus secretum. ℟. Pulchra facie sed pulchrior fide: beata es respiens mundū: letaberis cum angelis: Intercede pro omnibus nobis. ℣. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. Intercede p oibz. Lcō. viij.

Thesaurus autem celeste ē desiderū: Ager vero in quo thesaurus absconditur. disciplina studij celestis. Quem profecto agrum. vēditis omnibus cōparat: qui voluptatibus carnis renūcians cuncta sua terrena desideria. per discipline celestis custodiam calcat: vt nichil iā quod caro blanditur libeat: nichil quod carnalem vitam truncat: spiritus perhorrescat. Rursum celeste regnū. negociatori hominum similē dicatur: q̄ bonas margaritas querit. Sed vnam preciosam inuenit: quam videlicet inuentam: oia vendēs emit. Qua qui celestis vite ! dulcedinem. inquantum possibilitas admittit perfecte cognouerit: ea que in terris amauerat libēter cuncta dereliquit. In comparatione eius. vilescunt omnia: deserit habita: congregata dispergit: Inardescat in celestibus animus: nichil in terrenis libet: Deforme conspicitur q̄quid de terrene rei placebat specie: qua sola preciose margarite claritas fulgeat in mente. De quibus dilectione. recte per. Salomonē dicitur. Fortis ē vt mors dilectio: Qua videlicet. sicut mors corpus interimit: sic ob amore rerum corporalium eterne vite charitas occidit. Nam quē perfecte absorbuerit: ad terrena fortis desideria velut insensibilem reddit. Neq; enim sancta hec: aut hodie natalicia celebrarā: mori pro deo potuisset in corpore nisi prius a terrenis desideriis mortua fuisset in mente. ℟. Regnum mundi et omnem ornatū seculi contempsi: propter amorem dñi mei ihū christi. Quem vidi quem amaui: in quem credidi quē dilexi. ℣. Eructauit cor meū verbū bonū dico ego opa mea regi. Quem. Gloria sit deo pri et filio et spiri sancto. Quē.

Cretus nāq; Lcō. ix. In virtutis culmine animus tormenta despicit. premia calcauit: ante armatos reges et presides ducta stetit i pertenta: feriēte robustior: iudicante subdimor. Quid inter hec nos barbati et debiles diam? qui me ad regna celestia puellas pertrahi videmus quos ma superat: superbia inflat: ambitio perturbat: luxuria inquinat? Quis adipisci regna celorū p bella psecutionū nō possimus: hoc ipsū nobis turpe sit q̄ deū nolumus saltem per pacem sequi. Ecce nulli nostrū hoc tempore dicē dñs pro me morere: sed illecebra tantūmodo in te desideria occide. Qui ergo i pace subiicere carnis desideria nolumus: quomodo in bello pro deo ipsam carnem daremus. Tu autem.

De eisdem omelia sci gregorij papē. Lectio. vij:

Rursus simile regnū celorū negocianti misse

i mare dicitur: et oi gene re piscū congregāti: que mpleta ad litus educatur: et in vasis bom pisces elīgūtur: malī autem proīcīuntur foras. Sancta ec clesia sagene comparatur: qua et piscatoribus est commissa et per eam quisq; ad eternū regnū a presentis seculi fluctibus trahitur: ne in eterne mortis profunda mergatur. Que ex omni genere piscū congregatur. qua adhuc peccatorū vmam: sapientes et fatuos: liberos et seruos: diuites et pauperes: fortes et infirmos vocat. Vnde et per psalmistam deo dicatur. Adte omnis caro veniet. Que sagena sancta scilicet ecclesia: tūc vniuersaliter replebitur: cū in fine suo humanam generis sūma concludetur. Tu autem dñe. Leō. viij.

SAgena sancta scilicet ecclesia tūc vniuersaliter replebitur: cum in fine suo humanam generis summa concludetur. Quā eduxerunt et sedens litus sedent: q; sicut mare seculū: ita seculi finem significat litus maris. In quo scilicet fine bonī pisces in vasis eligūtur: mali autem proīciūtur foras: quia et electus ēst q; in tabernacula eterna recipitur: et iterum regni luce perdita: ad exteriores tenebras reprobi pertrahūtur. Hūc enim bonos malosq; cōmuniter ēsse pīnetos pisces fidei sagena nos continet: sed litus īdicat: sagena sancte ecclesie quod trahebat. Et quidem pisces qui capti fuerunt mutari non possunt: nos autem mali capimur: sed in bonitatē pmutamur. Cogitemus igitur in captione: ne denudamur in hitore. Lectio nona:

ECce qd grata nobis est hodierna solēpnitas: ita vt se nō modicū addicat: si qui ex hoc conuentu vestro deesse cōtingat. Quid ergo in illa actum rus ē die: qui a conspectu iudicis rapitur: ab electorū societate separatur qui tenebr̄esat a lumine: cruciatur eterna cōbustione. Vnde et hanc candē comparationē dñs sub breuitate aperit: cū subūgit. Sic erit in cōsūmatione seculi. Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorū: et mittent eos in caminū ignis. Ibi erit fletus et stridor dentū.

In tedicatione ecclie ad matutinas Inuitat.

OMnū dei decet sanctitudo. Spūm eius xpm adorem⁹ in ea. Ps Venite exultem⁹. ỹ.

TRibus beata ibi lin. dicta pacis visio: que constituitur in celis vnus ex lapidibus: et angelis coornata: vt sponsata comite ona venies de celo: nuptiali thalamo: preparata vt sponsata: copulet̄ dño: platee et muri eius: ex auro purissimo. Porte mittent margaritis: aditis patentibus: et virtute meritorū illuc introducatur: omnis qui ob xpi nomen: hic in mundo premitur: tribulationibus pressus expoliti lapides: suis coaptantur locis: per manū artificis: disponūtur per mansum sacris edificijs.

GLoria et honor deo. vsq; quo altissimo: vna pī filioq; inclito paraclito: an laus est et potestas: per eterna secula. Amen. In primo nocturno. Antī. Tollite portas principes vras et eleuamini porte eternales. Ps Dominus est terra. añ Erit michi dñs in deum et lapis iste vocabitur domus dei. Ps Deus noster refugiū. ỹ. Edificauit moyses altare dño deo. Ps Magnus dñs. ỹ. Domū tuam dñe decet sanctitudo. ℟. In longitudinem dierū. Leō prima.

ODnsecrationes altarīū et ecclesiarū: secundū ritū quem nūc romana tenet ecclesia: siluester papa primus fieri instituit. Fuisse tamen ab ipīs apostolorū temporibus loca deo dicata: que a quibusdam oratoria: a quibusdam vero ecclesie appellabantur: vbi collecte fierent per vnam sabbati: et in quibus pplūs xpianus

ad audiendū verbum dei:
et ad percipiendū dñica
corporis et sanguis sacra
mentū conuenīret: q apo
stolorū edocemur epistolis:
et sanctorū patrū īstruim̄
gestis. Que licet salubus
cohortationibus ornarentur: nō tamē
crismate inungebantur:
nec altare stabat adhuc
erectū in titulū: ī figura
dñi nr̄i ihū xpi crismate de
hibutum qui ē altare
nostrū: et sacerdos et ho
stia. ℟. In dedicatione tē
pli decantabat populus lau
dem. Et in ore eorū dulcis
resonabat sonus. ℣. Fundā
ta est domus dñi sup verticē
montū et venient ad eam
omnes gentes. Et ī ore eor.

Postēp vero ℣ Lēō. ij.
constantinus qui
monarchiam tenebat ī
pery: a beato silvestro bap
tisma merut purificari
sacramento: tunc p̄mū
lege ab ipo promulgata:
concessum est omnibus
sub romano imperio de
gentibus licite ecclesias
fabricare: et ad id faciē
dum suo alios vt hortā
tur exemplo: in proprio
lateranensi palatio eccle
siam in honorem salua
toris mūdi fabricauit:
et basilicam appendicā
uerta: in honorem beati
iohannis baptiste in bal
neo calidis fui: in loco ī
quo baptizatus a lepra
meruit inundari. Quā
etiam prefatus papa pu
blice consecrauit: quīto
idus nouembris. Et est
illa vsq; hodie celeberri
ma festiuitas rome: in
qua prima ecclesia pu
blice consecrata ē: q̄ yma
go saluatoris depicta
parietibus: primū visi
bilis omni populo roma
no apparuit. ℟. Fundata
est domus dñi super verticē
montū et exaltata ē super
omnes colles et venient ad
eam omnes gentes. Et di
cent gloria tibi dñe. ℣. Ve
mentes autem venient ci
exultatione portantes ma
nipulos suos. Et di. Lc. m̄.

Consecrauit autē
et idem venera
bilis papa ecclesiam apos
tolorum principis vnde
cimo kalendas decēbris
quam etiam pyssimus
imperatorq fundamentis
edificauit: et ex cuius a
pertura fundamenti ipse
met propriis humeris
duodecim cophinos ex
tellure fundamenti cōfer
tos. in honore duodecim
apostolorū exportauit. In
qua et super corpus apos
toli: altare erexit lapideū:
et crismate perunctum. se
cundū morem quē pasto
ribus tradidit obseruan
dum: benedixit ac conse
crauit. In lateranēsi ve
ro prima ecclesia: altare
non erexit lapideum: sed
stabiliuit ligneum. Et
hoc quare? Quia credo a
liquibus profuturum:
breuiter si potero enoda
bo. Tu autē dñe mi. ℟.
Benedic dñe domū istam
quam edificauī noī tuo ve
mentū in loco isto: Exau
dias preces in excelso soli
gloriē tue. ℣. Domine si
conuersus fuerit populus
tuus et orauerit ad sanctu
arium tuū. Exaudias preces.

Item de dedicatione
alternatis viabus pro
tribus primis lectionib̄
legantur lectiones sequē
tes. Lectio prima:

Consecrauit autē
venerabilis papa
silvester ecclesiam aposto
lorum principis vndecīo
kalendas decembris: q̄
etiam pyssimus impera
tor a fundamentis edifi
cauit: et ex cuius aptura
fundamenti ipemet pro
priis humeris duodecim
cophinos ex tellure fun
damenti confertos ī ho
nore duodecim apostolo
rū exportauit. In qua su
per corpus apostoli alta
re erexit lapideum et cris
mate perunctū: secūdū
morem quē pastoribus
tradidit obseruandum.
benedixit et cōsecrauit.
In lateranensi vero pri
ma ecclesia: altare non
erexit lapideum sed stabi
luit ligneum. Et hoc q̄re?
Quia credo aliquibus p
futurum: breuiter si pō
tero enodabo. ℟. In dedi
catione templi decantabat
populus laudem. Et in ore
eorum dulcis resonabat so
nus. ℣. Fundata est dom?
dñi super verticem montū
et venient ad eam omnes

gentes. Et i oze coz. Le. ij.

IB episcopatu nã q; apostoloz p;m cipis vsq; ad sancti filue stri felicissima tempoza se uiente persecutoz̃ rabie certa nõ erat episcopalis statio: sed vbicũq; necessitas impuht: siue i crip tis: siue in cauterys: siue in domibus religiosoz rum virozũ: seu in fabri cas secundũ quod superi9 diximus deo dicatis mis sa celebzabatur super alta re ligneũ in modum arcꝰ concauum: habẽs i quat tuoz angulis circulos in quibus vectes iumittebã tur: quibus a sacerdotib: poztabatur vbicunq; ro manus pontifex latita bat: vel vbi collectã dispo suerat celebzare. Ob reue rentiam ergo principis apostolozum qui sup al tare hoc dominicum dica tur celebzasse sacramẽtũ et sanctozũ suozũ prede cessozum martyrum: in dicta lateranensi ecclesia illud altare ligneũ deputauit. ℟. Fundata ẽ dom9 domum super verticem mon tium et exaltata est sup oẽs colles et venient ad eã oẽs gentes. Et dicent glia tibi domine. ℣. Venientes au tem venient cũ exultatione portantes manipulos suos. Et dicent glo. Lectio. iij.

IJcet namq; idem sanctissimus papa deceteroq; firmasset vt nul lum esset altare nisi lapi deum: hoc tamen i domi nicum et patriarchale sta biluit altare: vt nullus super illud misi romanus papa missam audeat celebzare. Quod in cena dñi ante dominicã corpoz9 i sanguinis celebzatam cõ memozationem: a sacer dotibus violatur: mensa q; sublata in ipõ altaris concauo sacrificatur: et oleum crozizatum i cris mate ab ipõ papa benedi citur. Et sabbato vesperas cente fonto baptismo: p9 letanias post nonas decã tatum kyrieleyson. post hymnũ angelicũ: post collectam: post lectum a postolum. post q̃m papa stans in sede alta voce no uũ cantauit alleluia: il

hoc sacerdotibus reposita mensa reconciliatur: et linteaminibus i pallijs decenter ornatur: et ad vsum sacerdotalis mi9ste rij peragendũ romano põ tifici preparatur. ℟. Bene dic dñe domũ istam quam edificauimus nomini tuo venerã tium in loco isto. Exaudias preces in excelso solio glorie tue. ℣. Domine si cõuersus fuerit populus tuus et ora uerint ad sanctuarium tuũ. Exaudias preces i excelso. In. secundo nocturno. a. Non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. ℘s. Quã di lecta tabernacula. añ. Vi dit iacob scalam sumitas eius celos tangebat et descẽ dentes angelos et dixit ve re locus iste sanctus ẽ et ego nesciebam. ℘s. Fundamẽ ta eius. añ. Erexit iacob lapidem in titulũ fundens oleum de super. ℘s: Dñe deus salutis. ℣. Domus mea. ℟. Domus orationis vocabitur. Sermo sci au gustini epi. Lectio. iij.

QOccidentalisq; frater9 clarissimi altaris vel templi festiuitatẽ cele

mus si fidelius et diligen ter attendimus: et sancte ac iuste viuimus: quic quid in templis manu factis agitur: totũ in no bis spirituali edificatio cõpletur. Non enim mẽ titus est ille qui dixit. Tẽ plũ enim dei sanctũ est: quod estis vos. Et iterũ. Nescitis quia corpoza ve stra templum sunt spũs sancti. Quibus meritis nisi per gratiam dei me ruimus fieri templũ dei? Et ideo quantum possu mus cum ipsius adiuto rio laboremus: ne deus noster in templo suo: hoc est in nobis spis inueniat quod oculos suc maiesta tis offendat. Sed habi taculum cordis mũdi emu landum vitijs: et virtutib: repleatur. Laudatur dy abolo: et appetatur ipõ. Et ita laboremus: vt no bis bonoz̃ operũ claustra tanuã regni celestis apire possimus. Sicut enim ma lis operibus quasi q̃busdam seris ac vectibus vi te nobis ianua claudit: ita absq; dubio bonis o

pribus aperitur. ℟. Orã
tibus in loco isto. Dimitte
peccata populi tui deus et
ostende eis viam bonam per
quam ambulent et da gliam
in loco isto. ℣. Qui regis is
rael intende qui deduas velut
ouem ioseph qui sedes super
cherubim. Dimitte. Lcõ. v:

Et ideo fratres dca
rissimi vnusquisq;
consideret conscientiã suã:
et quando se aliquo cri
mine vulneratũ esse cog
nouerit prius oratiõib⁹
ieunijs et elemosinis stu
deat mundare conscienti
am et sic eucharistiã pre
sumat accipere. Si enim
cognoscens reatum suũ
se a diuino altari subdu
cerit: cito ad intelligen
dam diuine misericordie
perueniet: quia sicut qui
se exaltat humiliabitur:
ita econtrario qui se hu
miliat exaltabitur. Qui
cũ sicut diximus agnos
cens reatũ suũ ipse se hu
militer ab altari ecclesie
per emendationem vite
remouere voluerit: ab
illo eterno et celesti con
uiuio excõmunicari pem
tus nõ timebit. Rogo vos
fratres: diligenter atten
dite. Si ad mensã cuius
cũq; potentis nemo pre
sumit cum vestibus con
fusis et inquinatis acce
dere: quanto magis a cõ
uiuio eterni regis: id est
ab altari domini debet se
vnusquisq; ũmdie vel o
diy veneno percussus: ira
amdie furore repletus:
cum reuerentia et humi
litate subtrahere: propter
id quod scriptũ ẽ. Dade
prius reconciliari fratri
tuo: et tunc veniens of
feres munus tuũ. Et ite
rum. Amice quomodo
huc intrasti non habens
vestem nuptialẽ. ℟. Q̃
metuendus est locus iste.
Vere non est hic aliud nisi
domus dei et porta celi. ℣.
Vere est domus dñi firmiter
edificata bene fundata ẽ su
pra firmam petrã. Vere nõ.

Hoc enim Lcõ. vj.
habet textus euan
gelice lectionis: q̃ quidã
fecerit nuptias filio suo:
et miserunt vt vocarent
inuitatos ad nuptias. Et
videns ibi hominem nõ
habentem vestem nuptia
lem: dixit ad eum. Ami
ce quomodo huc intra
sti non habens vestẽ nup
tialem? Et ille obmutes
cente dixit ministris. Li
gate illi manus et pedes:
et proijcite eum in tene
bras exteriores ibi erit
fletus et stridor dentiũ.
Ecce qualem sententiã
merebitur audire: qui
ad conuiuiũ nuptiale:
id est ad altare domini:
aut ebriosus: aut adul
ter: aut odiũ in corde re
tinens presumunt accedẽ.
Auertat hoc a nobis deus
fratres dilectissimi: et con
cedat: vt mala ista aut
nũq̃ velimus admittere:
aut si ad missa fuerint:
sine vlla mora per penite
riam vel pacem studeam⁹
sanare: et largioribus ele
mosinis festinemus a
bluere. Ne forte si cum
peccatoriũ vulneribus an
te tribunal eterni iudicis
venerimus: ab illa etiã
ecclesia: et ab illa celesti
hierusalem perpetua ex
cõmunicatione separe
mur. ℟. Mane surgens
iacob erigebat lapidem in ti
tulum fundens oleum de sup
positum vouit domino. Vere
locus iste sanctus est et ego
nesciebam. ℣. Cum q̃ eu
gilasset iacob de somno ait
Vere locus. Iste trac. lcõs
de sermone sancti augu
stini epi legãtur pro me
dijs. Lectio quarta:

Considerate rogo
vos fratres dilec
tissimi et diligenter aduer
tite. Si hodie aliquis a
conuentu ecclesie huius:
cuius anniuersariam de
dicationem celebramus
foras ejectatur p aliquo
crimine: in quanto dolo
re vel tribulatione erit
anima eius. Et si intol
erabilis dolor est de eccle
sia ista foras proijci: vbi
ille qui proijcitur q̃ mã
ducare et bibere ac loqui
cum hominibus potest:
et habet spem vt iterum
mereatur ad ecclesiam re
uocari: quid putamus
qualis dolor erit. si alĩs
pro criminibus suis ab
ecclesia que est in celis:
idẽ a conuentu angelo
rum et sanctorũ oĩm.

congregatione fuerit
separatus. Cui nec hoc
sufficiat ad penam q̄ fo
ras proiectus sed in sup
m tenebras eternas exte
riores: eterno supplicio
et incendio concremandus excluditur. ℟. Oran
tibus in loco isto. Dimitte
peccata populi tui deus ⁊ os
tende eis viam bonā p quā
ambulent et da gloriam in
loco isto. ℣. Cum regis isra
el intende qui deducis velut
ouem ioseph qui sedes sup che
rubin. Dimitte. Lectio. v.

QVi cū ab illa celes
ti hierusalem exco
municam meruerit non
solum hoc pene habebit q̄
nec manducare nec bibe
potent: sed etiam flāmas
infernales sustinebit: v
bi est fletus et stridor den
tū: vbi vlulatus ⁊ lamē
tatio ⁊ penitentia sine vl
lo remedio vbi ē vermis
ille qui non morit̄r: et
ignis qui nūq̄ extinguē
tur. vbi mors queritur
⁊ non inuenitur. Hec er
go cogitantes fratres dul
cissimi: tam casti et tam
sobrij. tam pacifici tan
deuoti: ad istud altare:
deo auxiliante studeamus
accedere: vt ab illo eter
no altari non excludamur.
Qui enim ad istud alta
re casto corpore ⁊ mundo
corde. cum fecunda consci
entia accesserit: ad illud
altare quod in celis est
felici transmigratione p
ueniet. ℟. O q̄ metuēdus
est locus iste. Vere nō ē hic
aliud nisi domus dei et por
ta celi. ℣. Hec ē domus dñi
firmiter edificata bene fun
data est supra firmam petrā.
Vere non. Lō sequēta:

IDeo fratres dilec
tissimi exempla is
ta attentius cogitantes,
templum dei quod sum⁹
nos virtutibus velut pic
turis ⁊ imaginibus de
coremus: vasis preciosis
et ornamentis id est bo
norum operum actiom
bus ornemus: in cuius
ores arcellas id est consci
entiam nostram quātū
possumus cum dei adiu
torio custodire diligen
tius studeamus: vt cum
dies iudicij venerit: i illa
eterna et beata ecclesia
vbi nūq̄ habitare potent
malus: vnde numq̄ exi
turus est bonus: nō ai
ans veteribus foras in
tenebras exteriores exclu
si appareamus: sed stola
immortalitatis induti:
cathetis et iustitie gem
mis ornati: elemosinarū
et dilectionis luce vestiti
audire mereamur: venite
benedicti patris mei: per
cipite regnū. Et illud.
Euge serue bone et fide
lis: intra in gaudiū dñi
tui. Ad quod gaudium
nos dūs sub sua protecti
one perducat. qui viuit
et regnat. ℟. Mane sur
gens iacob erigebat lapidē
in titulum fundens oleum
de super votum vouit dño.
Vere locus iste sanctus est
et ego nesciebam. ℣. Cūq;
angustasset iacob de somp
no ait. Vere locus iste est.
In tertio nocturno. añ.
Qui habitat in adiutorio
altissimi in protectione dei
celi cōmorabitur. ps. Iūc.
añ. Templum dñi sancti
est dei structura est dei edi
ficatio est. ps. Cantate.).
añ. Benedicta gloria dñi
de loco sancto suo alleluya.
ps. Dūs regnauit iracūdi
tur. ℣. Hec est domus do
mini firmiter edificata. ℟.
Bene fundata est supra fir
mam petrā. Lō sācti euāge
lij: secundū lucā:

IN illo tpe: Egressus
ihūs perambulabat
iericho et ecce vir nomīe
zacheus. Et hic erat prin
ceps publicanorū: et ipe
diues. Et reliqua. Omē.
sācti ambrosij cōfr. Lec. vij.

BEatus pusillus
hec est mullus no
bilitatis ingenite dignī
tate sublimis. cuius
meritis sicut populus
nationum: audito dñi
saluatoris aduentu: que
sui non receperant videre
cupiebat. Sed nemo fa
cile ihesum videt. nemo
potest ihūm videre consti
tutus in terra. Et quia
non propheticas: non re
gnū habet: tamē forme
gratiam naturalis. ascē
dit in arborem sicomo
rum: statem scilicet indo
rum vestigio suo prosper
nens: errata quoq; corri
gens superioris etatis.

Et ideo ihm̃ interioris domus recepit hospicio. Et bene ascendit in arborẽ: vt arbor bona bonos fructus faceret: ac naturali excisus oleastro: & cõtra naturam insertus in bonam oliuam fructũ legis posset afferre. Radix ei sancta: et si rami inutiles: quorum infructuosam gloriam plebs gentium fide resurrectionis quasi quadam corporis deuotione transcendit. ℟. Domus mea dom' orationis vocabitur dicit dñs in ea omnis qui petit accipit et qui querit inuenit. Et pulsanti aperietur. ℣. Petite et accipietis querite et inuenietis. Et pulsanti.

Ecce Lectõ. viij: vir nomine zacheus. Zacheus interpretatur iustus. Iericho autem luna: cecus in via. Quorum alterum dñs miseratus expectat. alterum manifestis sue claritate nobilitat. Alterum sanaturus interrogat. apud alterum se non inuitatus inuitat. Sciebat enim vberem horum fructum esse mercedem. Sed tamen et si non dũ vocem inuitantis audierat. audierat tamen affectum. Verũ ne ceciderit illum tanq̃ fastidiosi parumper: reliquisse videamur: et transisse ad diuitem expectemus cũ: quia expectauit et dñs. Interrogemus eum: quia interrogauit et christ'. Nos interrogemus quia nescimus quia interrogauit ille qui nouerat. Nos interrogemus: vt sciamus vnde iste curatus sit. Ille interrogauit: vt i vnum plures discerentur: vnde dñm videre mereamur. Interrogauit enim vt crederemus: nisi confitentem non posse saluari. Et cõfessum inquit vidit: et sequebatur illum magnificans deum: et pambulabat iherichu. Aliter enim non videret nisi sequeretur xp̃m: nisi dominum predicaret nisi seculũ preteriret. ℟. Lapides preciosi omnes muri tui. Et turres iherusalem gemmis edificabuntur. ℣. Porte iherusalẽ ex saphiro & smaragdo edificabũt' & lapide preciosо omnis circuitus muri eius. Et turres. Gloria patri. Et turres. Lectõ nona: Dum diuitibus quoq; in gratiam reconciliamur. Nolum' enim offendere diuites: sed volumus si fieri potest sanare omnes. Ne autem in eandem comparationem p̃stricti: in zacheo actus quam oportuit derelicti. iuste habitat commotionis offensam. discat nõ in facultatibus crimen haberi: sed in his q̃ vti nesciunt facultatibus. Nam diuitie vt impedimenta improbis: ita et bonis sunt adiumenta virtutis. Dives certe zacheus electus a xp̃o: sed diu diuum bonorum suorũ largiendo: reddendo omnia in quadrupulũ que fraude sustulerat. Aliter enim non satis ẽ: nec habet gratiam liberalitas: si iniuria perseuerat: quia non spolia sed dona queruntur. Vberiorem mercedem q̃ conferebat accepit. Tu autem domine Item de eadem beato Abrosio

sij omelia alternatis viribus legenda. Lectio: vij.

Ehic erat princeps publicanorũ. Et bene princeps inuenitur publicanorum: vt spes erigatur pusillorũ. Quis enim desperet: quando et iste peruenit ad sensus ereptaude? Et ipse iquit diues: vt scias non omnes diuites auaros. Quod si vult q̃ nullus alterius statuam scriptura nisi huius exp̃ressit. Quia iquit statura pusillus erat. Videne malicia forte pusillus aut adhuc pusillus fide. Nondum enim promiserat cum ascenderet: quod postmodum spopondit. Nondum quoq; viderat xp̃m: & ideo merito adhuc pusillus. Denique et iohannes magnus quia et xp̃m vidit: et spiritũ sicut columbam sup̃ xp̃m manentem et ait. Vidi spiritum descendentem sicut columbam et manentem sup̃ eũ. ℟. Domus mea.

Et non Lectõ. viij: poterat pre turba. Que autem turba: nisi

impenite confusio multi
tudinis que verticem ne
quit[illegible] videre sapientie
Ergo zacheus quã diu i
turba est non videt dñm
suum. Supra turbã ascẽ
dit et vidit. Hoc est: ple
bẽã transgressus sactã:
meruit quem desiderabat
aspicere. Pulchre autem
addidit: qua illa parte
erat transiturus dominꝰ:
vel vbi siccomorus erat:
vel vbi creditumus: vt et
mysteriũ seminaret et gra
ciam seminaret. Sic eñ
venerat: vt per mirabilia tñ
sineret ad gentes. Vidit
itaq; zacheum sursum.
Jam enim sublimitate fi
dei fructus nouorũ oper
um velut fecundæ altitudine
arborus eminebat. Le. ix.

Et qñ de typo ad
moralia declinam.
Inter tot credentiũ volũ
tates: dñica die relaxare
animũ festivitatem ad
miscere delectat. Zache
us in siccomoro: nouũ
videlicet nouũ tẽpus
pomum: vt in hoc quasi
complerentur illud. Ar
bor fica produxit grossos
suos. Ad hoc enim xpistus
aduenit: vt ex legis nõ
poma sed homines nasce
rẽtur. Legimus alibi.
Cum esses sub arbore fici
vidi te. Ergo nathanael
sub arbore. Hoc est supra
radicem: quia iustus.
Radix enim sancta. Sẽ
arbore tamen nathanael:
quia sub lege. Zacheus
supra arborem: quia su
pra legem. Ille dñi occul
tus defensor. Hic publicꝰ
predicator. Ille ad hoc
xpm ex lege querebat:
iste iam supra legem re
linquebat sua: et dñm
sequebatur. ℟. Quã di
lecta tabernacula tua dñe
virtutum concupiscat et de
fiat anima mea. In atria
dñi. ℣. Beati qui habitãt
in domo tua dñe in secula se
culorum laudabunt te. In
atria domini.

Sanctorū vbi gesta sanctorū narrantur secundū ritum romane curie per anni circulū incipit.

In festo sancti saturnini martyris. Ad matutinū. Lectio prima.

Rome natalis sancti saturnini martyris et senatoris sub maximiano. A quo primo inter alios senatores dei dīnati fuit: ad fodiendam arenā ad faciendas thermas diocletianas. Quorū vnū filiummū presentatū sibi cū interrogasset idem maximianus quis vocaretur. respōdit. Ego precator filiumꝰ seruus seruorū dñi nri ihū xpi. Cui cū post alia dixisset maximianus: aut sacrifica deo hercule: aut carnes tuas igni cremabo. respondit. Et ego quidē semper hoc optaui: veruntamen si meritus fuero vt coronam desideratam accipiam. Lectio secunda.

Quibus igit laudicio prefecto: missus est in custodiam decē et septem diebus. Inde exhibitus est ab ampronio comentariensi aspectibus laudicij: et subito lux de celo facta est et vox cū luce audita. Venite benedicti patris mei percipite regnū quod vobis paratū est: a cōstitutione mundi. Tunc ampronius tremefactus. cecidit ad pedes filiumꝰ dicens. Adoro te per ihūm xpm quem confitens: ne tardes me baptizare: et facias me pingere tecū ad coronam. Qui baptizatus statim obtruncatione capitis: coronam martyrij iuenit. Reductus iterū i custodia filiummus et senex saturninus cū illo: vbi multos gentiles ad se venientes docebant: et baptizabant.

Post Lectio tertia.

Quadragintā dies semper dies: vincti catenis ac nudis pedibus ducti ante prefectū delata est tripoda vt sacrificarent. Tunc beatus saturninus dixit. Cōtent dīs dos gētiū. Et continuo

soluta est tripoda erea ve
lut lutū. Quod videntes
duo milites: papias et
maurus. crediderūt xpō.
Et comprehensi a laudi
cio non post multos di
es martyrio coronati sūt.
Deinde laudicius beatū
senē saturninū ⁊ sisinnū
in eculeo iussit leuari ⁊ at
trahi nerus: et fustibus
et scorpionibus cedi. Qui
bus etiam flāmas posthu
dū iussit apponi ad late
ra: et depositos de eculeo
ductosq; in liuario sedō:
via numentana capite de
truncari. Quorū corpora
cū iohanne presbitero col
ligens trason vir xpianis
simus: qui de facultatib⁹
suis martyribus multa mi
nistrabat. sepeliuit i predio
suo via salaria: sub die ter
tio kalendarū decembriū.

℣ In vigilia sancti andree
apostoli ad matu. inuitato.
Regem apostolorū. ps. Ve
nite. Ant. i. n. a. Vidit dñs petrū
et andream vocauit eos. ps. Celi
enarr. ant. Venite p̄ me dicit dñs
faciā vos fieri piscatores hoīm.
ps. Dixit dñs. ant. Relictis
retibus suis secuti sunt do
minū redemptorē. ps. Exul
taunt cor meū. Lectio. i.

Passione sancti an
dree apostoli quā
oculis nostris vidimus.
omnes presbiteri ⁊ dya
cones ecclesiarū achaie:
scribimus vniuersis eccle
sijs que sunt in oriente ⁊
occidente et meridiano et
septentrione in xpi noīe
constitute. Pax vobis et
vniuersis qui credunt in
vnū deū et in trinitatem
perfectam. verum patrem
omnipotentē. verū filiū om
nipotentis: et verū spiritum
sanctū procedentem ex pa
tre: et in filio permanētē:
vt ostendatur vnus spūs
sanctus esse in patre et fi
lio: et hoc esse omnipotentis
filiū quod et ille qui ge
nuit. Hanc fidē didicim⁹
a sancto andrea apostolo
ihū xpi. cuius passionem
quam coram positi vidim⁹.
prout possumus explica
mus. Proconsul itaq;
egeas patras ciuitatem
egressus cepit compellere
credentes in xpō ad sacri
ficia ydolorū. Cum occur
reret sanctus andreas di

rat. Oportebat vt tu qui
dex esse hominū cōpro
bans: iudicē tuū qui est
in celis agnoscere: et ag
nitū colere et colendo cui
qui verus deus est ab hijs
qui ver dij non sunt am
nū reuocares. ℟. Dū per
ambularet dñs super mare
galilee vidit pe
trū et andream retia mitten
tes in mare et vocauit eos di
cens. Venite post me faciam
vos fieri piscatores hominū.
℣. Erāt enī piscatores ⁊ aut
illis. Venite post. Lectio

Egeas dix. Tu
es andreas qui de
struis templa deorum: et
suades hominibus sup
sticiosā illā secti quā nuper
delatā romam principes ex
terminari iusserūt. Sanc
tus andreas respondit. Ro
mani principes nondum
cognouerunt hoc: q̄ pro
salute hominū venies dei
filius docuit. ista ydola
non solū deos nō esse: sed
esse demonia pessima huma
no genere inimica: q̄ hoc
docuit hominem vnde of
fendatur deus: vt dum of
fensus fuerit auertatur et
non exaudiat: et cū auer
sus fuerit et nō exaudierit:
habeantur et ipi diabolo
captiui: et tā diu eos delu
dat q̄ diu de corpore exeāt
rei et nudi: nichil secum
preter peccata portantes.
Egeas dixit. Ista superstī
ciosa et vana verba sūt. Nā
et ihūs noster dū hec predi
caret: iudei illū cruci pati
bulo affixerūt. Andreas re
spondit. Si velis scire mi
sterū crucis: q̄ rationabi
li dignitate auctor humā
ni generis pro restauratio
ne nostra: hec cruces pa
tibulū non inuitus sed spō
te susceperit. ℟. Mox vt vo
cem dñi predicantis audiuit
beatus andreas relictis retib⁹
quorū vsu actuq; viuebat. E
terne vite secutus est premia
largientem. ℣. Nec est qui
plus amore xpi pependit i cru
ce et pro lege eius sustinuit
passionē. Eterne. Lectio. iij.

Egeas dixit. Cui tra
ditus asseratur a
suo discipulo ⁊ a iudeis
tentus et presidi adduct⁹:
et ad petitionem iudeorū
a militibus presidis cruci
fixus: quomodo tu dicis

spontaneū crucis subiysse
patibulū? Andreas respō
dit. Ideo ego dico sponta
neū: qm̄ simul cum ipso
fui cū a suo discipulo tra
deretur et anteqū trādetur
dixit nobis q̄ tradendus
esset et crucifigendus pro
salute hominū: et tertia
die resurrecturū se cē pre
dixit. Cui cū frater meus
petrus diceret: propicius
tibi esto dñe nō fiat istd.
indignatus sic ait petro.
Vade retro sathana: q̄a
non sapis que dei sunt.
Et vt plenius nos instru
eret: qm̄ spōte passionem
suscaperet dicebat nobis.
Potestatem habeo ponē
di animam meā: et pote
statem habeo iterū sumē
di eam. Ad vltimū vero
dū cenaret nobiscum et
diceret: vnus vestrū me
traditurus est: et ad istā
vocem omnes cōtristare
mur: ne suspensos nostra
nos cogitatio truncaret
aut. Cui dedero panis fra
gmentū manu mea: ipse
est. Et cū dedisset vm er
cōdiscipulis nostris: et fu
turā quasi preterita iam
narraret. docuit se volun
tarie fuisse traditū: cum
nec traditorē fugiendo
deseruit: sed in loco quo
sciebat illū esse venturū
permansit. ℟. Doctor bonꝰ
et amicus dei andreas duc
tus ad crucem aspiciens a
longe vidit crucē et dixit
Salue crux. Suscape disci
pulū eius qui pependit in te
magister meus xp̄istus. ℣.
Salue crux que i corpore
xp̄i dedicata es et ex mēbris
eius tanq̄ margaritis orna
ta. Suscape. Ant. ℣. noctur.
Añ. Dignū sibi dñs cōpu
tauit martyrem quem voca
uit apostolū dū esset i mun
alleluya. Ps Omnes gētes.
Añ. Dilexit andream dñs
in odorem suauitatis. Ps:
Exaudi deus deprc. Añ.
Biduo viuens beatus andre
as pendebat in cruce p xpi
nomine et docebat populū
Ps Exaudi deus oronē.
Beas Lectio. ix.
dixit. Miror te
prudentem virū istū vel
le sectari: quē quocūq;
pacto aut sponte aut in
iustū crucis tamen confi
teris affixū. Andreas res
pondit. Hoc ē quod etiaz
me dixisse retines. Magnū
est misterium crucis
Quod si forte volueris
audire retexam. Egeas
dixit. Misterū non po
test dici sed supplitium.
Andreas respōdit. Ipm
supplicū mysterū restau
rationis humane si pati
enter audieris comprobā
bis. Egeas dixit. Ego
quidē patienter te audi
am: sed tu si me obtem
peranter non audieris:
ipm crucis mysterū i te
ipso exapies. Andreas
respondit. Ego si crucis
patibulū expauescerem:
gloriam crucis non pre
dicarē. Egeas dixit. In
simus sermo tuus predi
cat crucem supplicij quā
per audaciam non times
penam mortis. Andreas
respondit. Non per auda
ciam sed per fidem: non ti
meo penam mortis. Mors
autem peccatorum pessi
ma. Et ideo audire te vo
lo crucis mysterū: vt ag
nitū forsitan credas: et
credens ad resturationē
tue amme quoq; pacto
pertingas. Egeas dixit.
Restauratur hoc qđ perisse docetur. Nūquid anima mea periit: vt ad eius restaurationem venire me oporteat per fidem quā tu asseris? ℟. Homo dei ducebatur vt crucifigerent eū: populus autem clamabat voce magna dicens. Innocēs eius sanguis sine causa dāpnatur. ℣. Cūq; duceret eū vt crucifigeretur factus est concursus populorū clamā tiū et dicentiū. Innocens.
Andreas Lectio. v.
respondit. Hoc est
quod te discere desidera
bam: vt dū perditas am
mas omnū hominū do
cuero. iustā restaurationē
earū per crucis mysterū
pandā. Primus enim ho
mo per lignū preuaricatio
oms mortem induxit: et
necessariū erat hoc genus
humano: vt per lignum
passioms mors que ingres
sa fuerat pelleretur. Et qm̄
de immaculata terra factus
fuerat homo primus: qui
per lignū preuaricationis
mūdo mortem intulerat:
necessario de immaculata

virgine natus est xpūs per
fectus homo: qui et deus
filius. qui primū fecerat
hominē: vitam eternam
quā perdiderant per adā
repararet: ac de ligno cru
cis lignū conscipiscentie
erclūderet: expanderet in
cruce imaculatas manus
pro manibus iconstinēter.
extentis. pro suauī cibo ar
boris vetite escā fellis acce
peret. et in se sue sapiēt mor
talitatem nostram: suā no
bis īmortalitatē offeret.
Egreā dicit. Ista verba il
lis dicere potes qui tibi cre
diunt. Michi autē mī in
hoc consentias: vt sacrifi
cū dño omnipotentibus
offeras: in ipsam quā lau
das crucem te fulmigatum
affligi precipiam. Andreas
respondit. Omnipotēti deo
qui vnus et verus ē omni
die sacrifico. ℟ O bona cru
cis decorem et pulchritudinē
de membris dñi suscepisti. acci
pe me ab hominibus et redde
me magistro meo. Vt per te
me recipiat qui per te me red
emit. ℣. Beatus andreas expā
sis manibus ad celum orabat
dicens. Salua me bona cruc. Vt
per te me recipiat. Lectō. vj.

Cum ergo iratus egreas:
iussit beatū andream carcerem trudi. Vbi dū
esset clausus venit ad eum
pene omnis multitudo pu
blice: ita vt egreā vellent
occidere: et andreā aplm
fractis tamus liberare.
Quos beatus apostolus
āmonuit dicens. Nolite
fratres dilectissimi meum
impedire martyrū: sed
et vos quasi athletas dei
preparate: vt vincatis mi
nas animo intrepido per
tollerantiam passionum.
Mane igitur facto p tri
bunali sistitur: et ad sa
crificia deorū ab egrea
iniutatur. Cūq; ei multa
minaretur respondit. Quic
quid tibi videtur in sup
plicijs manus excogita.
Tanto enim regi meo c
ro acceptior: q̄to fuero
pro nomine eius in tor
mentis cōstantior. Tūc
iussit cū a viginti hom
inibus cedi: et cesū man
bus et pedibs cruci affi
gi. vt sic longiorem acci
peret cruciatum. Cū autē
ducerentur ad crucem cō
amente multitudine po
pulorū. videns a longe
crucem salutauit eam di
cens. Salue crux que in
corpore xpi dedicata es.
et ex membris eius tāq̄
margaritis ornata. Et
hec dicens exuit se et ves
timenta sua carnifabus
tradidit. Sicq; cū vt iussū
eis fuerat suspenderūt
in cruce in qua triduo vi
uens predicauit. Et cum
egreas terrore populi vel
let cū de cruce deponere:
orauit dicens. Ne me per
mittas dñe a te separari:
tempus est vt cōmendes
terre corpus meum. Hijs
dictis immus splendor de
celo veniens per dimidiā
horam eum circūdedit et
cū ipo lumine spīritū red
didit. Mirumlla, vo vi
egree tulit corpus apli et
honorifice sepeluit. ℟ Ex
pandi manus meas to
ta die in cruce ad populum
non credentem sed contradi
centem mihi. Qui ambu
lant vias non bonas sī post
peccata sua. ℣. Deus vltionū
dñs deus vltionū libere
egit exaltare qui iudicas
terram redde retributionem
superbis. Qui ambulant.

In tertio nocturno. Añ.
Non me permittas dñe famu
lū tuū a te separari. tempus
est vt cōmendes terre corpus
meū. ps. Confitebimur. añ.
Andreas autem rogabat po
pulū vt non impedirent passio
nem eius. ps. Dñs regn. j.
añ. Recipe me ab hominibus
et redde me magistro meo vt
per te me recipiat qui per te
me redemit alīa. ps Domīo
regnū. ℟. l. añ. l. ma. l. vij.

In illo tpe: Ambu
lans ihūs iuxta ma
re galilee vidit duos fra
tres symonem qui vocat
petrus et andream fratrē
eius mittentes rete i mare.
Erant enī piscatores. Et
rel. Omē. bi grego. papē:

Audiths fratres dilectissimi: quia ad
vnius passionis vocem pe
trus et andreas relictis re
tibus secuti sunt redemp
torem. Nulla vero hunc adhuc
mirabilia facere viderit:
nichil ab eo de premio re
tributionis eterne audi
erant: et tamē ad vnī
dñi preceptū hoc quod

possidere videbantur oblti
sunt. Quanta nos eius
mirabilia videmus: quot
flagellis affligimur: q̃tis
minarũ asperitatibus de
terremur: et tamen vocati
tem sequi contepmimus.
In celo iam sedet qui de
conuersione nos admo
net. Iam ingo fidei colla
gentũ subdidit: iã mun
di ꝯfirmam strauit. Iã ruinis
crebrescentibꝫ districti su
mus: q̃ propinquũ denũ
ciat diem: et tamẽ super
ba mens nostra nõ vult
hoc sponte deserere: quod
quotidie perdit minuit.
Quid ergo fratres dilec
tissimi: quid i eius iudi
cio dicturi sumus: qui
ab amore presentis seculi nec precepti flectimur:
nec verberibꝫ emẽdamur.
Sed fortasse aliquis ta
citis secũ cogitationibus
dicat. Ad vocẽ dominica
vterq; iste piscator quid
aut q̃tũ dimisit qui pe
ne nichil habuit? Sed
hoc in re fratres dilectissi
mi affectũ debemus pon
derare q̃ censũ. ℟. Cla
ruit sanctus andreas dum
respiceret in celũ voce mag
na clamauit et dixit. tu es
deus meus quem vidi ne pi
tiaris me ab impio iudice de
pom. Qui virtutẽ fidei cru
cis agnouit. ℣. Tu es ma
gister meus xp̃e quem di
lexi quem cognoui quẽ cõ
fessus sũ tantũmodo i ista
voce exaudi me. Qui virt.

Multum Lectio. mij.
reliquit qui sibi m
chil retinuit. Multũ reli
quit qui q̃libet parũ to
tũ deseruit. Certe nos et
habitu cũ amore possi de
mus: et ea que minime
habemus: ex desiderio q̃n
mus. Multi ergo petrus
et andreas dimisit, desi de q̃n
ria vterq; etiam habendi
dereliquit. Multũ dimi
sit qui cũ re possessa etiã
concupiscentijs renũcia
uit. A sequentibus ergo
tanta dimissa sunt quan
ta a nõ sequentibꝫ concu
pisci potuerũt. Nemo igi
tur cũ quosdã cõspicit
multa dereliquisse apud
semetipm dicat. Immutan
huius mũdi contempto
res volo: sed quod dere
linquam nõ habeo. Nul
la fratres dereliquit' si
desiderijs terrenis remi
atis. Exteriora enim mã
do q̃libet parua sufficiũt
Cor nãq; et non substã
tiam pensat: nec p̃ponit
q̃tũ in eius sacrificio: sĩ
ex quãto p̃feratur. Nam
si exteriorem substantiã
perpendamus. Ecce san
cti negociatores nĩ per
petuam angelorũ vitam
datis retibus et naui mer
cati sunt. ℟. Videns crucẽ
beatus andreas exclamauit
dicens o crux admirabilis
o crux mirabilis o crux
que per totũ mũdũ nitilas.
Suscipe discipulũ xp̃i non
me permittas errare sicut ouẽ
non habentem pastorẽ. ℣.
O bona crux q̃ decorẽ et pulcri
tudinem de membris dñi suscepisti.
Suscipe. Lectio nona:

Estimationẽ quip
pe preci non habet
sed tamen regni dei tãtũ
valet quãtũ habes. Valu
it namq; zacheo dumdui
substantie: quia dimidiũ
aliud adhoc quod iniuste
ablatulit restituendum m
quadruplũ reseruauit.
Valuit petro et andree
dimissis retibus et naui.
Valuit vidue duobus mi
nutis. Valuit et alteri ca
licem aque frigide. Regnũ
itaq; dei vt diximus tãtũ
valet quantũ habes. Pen
sate igitur fratres. quid
vilius cũ emitur: quid ca
rius cũ possidetur? Sz for
tasse nec calice aque frigide
suppetit qui indigenti pre
beatur. etiã tunc securitatẽ
nobis promittit sermo di
uinus. Redẽptore etenim
nato celi ciues ostẽsi sunt:
qui clamarent gloria in
excelsis deo: et i terra pax
hominibus bone voluntatis. Ante dei nãq; oculos
mũq; est vacua manus a
munere: si fuerit arca cor
dis repleta bona voluntate
Hunc etenim psalmista dicẽ.
In me sunt deus vota tua:
que reddam laudationes
tibi. Ac si apte dicat. Et
si eternus munera offerẽda
non habeo. mtã me met
ipm tamen mihi mando qd'
in arca tue laudis ipono:
qua qui nostra datione
non pascens: oblatione
cordis melius placatus.
Nichil quippe deo dili

voluntate bona offertur. Voluntas autem bona est sic aduersa alterius sicut nostra pertimescere: sic de prosperitate primi sicut de nostro profectu gratulari. Alienas diuitias nostras arbitrari: alienam lucem nostram deputare. Amicum non propter mundum: sed propter deum diligere: animam etiam amando tolerare.

In festo sancti nicolay episcopi et confess. Lectio. p.

Nicolaus itaque ex illustri prosapia ortus cuius fuit patere verbum. Que adhuc multa plebium generositate referta parentes eius inter caterinas potentum quanta honorificentia celebrabatur: tanto superne patrie accensi desiderio: magis celestibus q terrenis dignitatis gloriam appetebant. Reuera cum esset nimium locupletatus. nullius honoris insignia. nullumque sume dignitatis disponere moderamina voluerit: sed omni studio continentiam se lege vincientes celibem vitam actitare satagebat. Et mirum in modum cum in primeuo iuuentutis flore: hunc solum genuisset filium: cunctis se voluptatibus abdicarunt. et iter suas preces quas frequenter in dei templo fundebat. hunc solum superstitem: hunc nostatum diuitiarum: quanti morum flagitabant hereditem. Quorum vota deus ex alto prospectans haud cor defuit petitionem. Mirum quales futurus esset puer. in ipso vt ita dicam primordio natiuitatis eius dignis monstrare dignatus est.

Humero Lectio. ij.

Cum adhuc matris lacte aleretur: cepit bimo hebdomade die. quarta scilicet et sexta feria semel bibere mammas: et hac vice contentus tota die sic permanebat. Puerili igitur animus vt patriarcha iacob domi simpliciter conuersatus: cepit bone indolis adolescens esse: et non sicut illa etas assolet lasciuia compleuus est mundi: sed nunc parentum comitatus vsq; gia nunc solus ecclesiam terebat limina: et quod ibi de scripturis patulo aduertebat auditu: non immemor armariolo condebat pectoris. Ubi autem vtroq; parente orbatus est: sepius illud euangelicum ante sue mentis deducebat oculos. Nisi quis renunciauerit omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Et cum inhelaret ad perficiendum qd' pio vertebatur in pectore: iuuenile cepit titillare mentem ne funeralis percelleret aura: quicquid p tpo facere disponebat. Hec secum. Ad deum vero cunctum desidery sui pandens velamen: deprecabatur vt ille qui omnium scientiam habet inspirare dignaretur: quatenus de tantis sibi relictis opibus sic ordinaret: vt nuta laude humana: conspectu placeret diuino. Lectio tercia:

Alia eo cogitante accidit vt quidam conciuis eius minimum locuples ad tantam veniret inopiam: vt nec etiam necessaria vite haberet. Quid plura? Urgente media tres filias quas habebat virgines formari constituit: vt earum saltem honestam conmertio: infeliciter ageret vitam. Prohpudor certe plo fama tanti mali cuius non aliud velocius viget mobilitate: totam pertulit urbem: et multiplici populum sermone replebat. Quod vbi vir sanctus comperit nicolaus: condolunt miserrimo homini: atq; virginum execrans stupra dum deerant omnino ex suis humanis eorum supplere inopiam: ne puelle nobilibus orte natalibus lupanari macularentur infamia. Sed cui nollet aliud nisi xpm in suis factis habere contemplatorem: cepit temporum vices explorare quo id sic operaretur: vt etiam eos lateret quibus fiebat. Facta autem cuiusdam noctis hora: sumens non modicum auri liganscq; in pano: perrexit ad domum vnam: qua vndique circumspiciens per fenestram que competens videbatur: clam intro proiecit: cliq; discessit. Lectio qrta:

Mane itaq; facto cum surrexisset homo:

aurūq; illud repensset: di
rigunt primū: at tūc q̄to
gestiunt gaudio: q̄ntas
vt deo gratias egit si quis
velit ex obortis eius la cri
mis potest aduertere. Ce
lebratis itaq; ex more p̄mo
genite filie sue nuptijs. ce
pit homo diligenter i quā
rere: quis esset qui illius i
opie tanti p̄stitisset hu
manitatem. Cūq; diu ta
lia moliretur: mola' haud
multo post primū simile pe
git opus. Vbi vero tem⁹
reddita est dies: p̄siluit
homo de stratu suo iuenit
q; filiū pondus metalli p̄
oris equale. Tunc tanto
exultauit gaudio: q̄ si ho
mem aut maiorem adesset
facunda loquacitas: in tā
tarū magnitudine laudū
exp⁹menda succumberet.
1 nos Sed nōnulla orationis ei⁹
p⁹sequentes: cetera sagā
ci lector melius subsilen
tio ad intelligendū relin
quere q̄ indagare elegim⁹.
Orauit autem sic. Domi
ne deus inquit absq; cuius
nutu nec passer ad terram:
nec foliū cadit arboris: de
precor ineffabilē clemētiā
tuam: vt tu qui oīa nosti
ostendere dignens quis sit
ille qui tanta bona erga
me exhibere non desinit.
Hoc autem dñe p̄to non
vt eū temerario ausu pollu
tis contingere queam ma
nibus: sed vt famam famu
lū tuū qui inter homines
degens angelicam habet cō
uersationem et magnificē
nomen tuū benedictū in
secula. Lectio quinta:
Talibus orabat dic
tis: talibusq; se hor
tabatur sermonibus. Au
feram certe sompnū ab o
culis meis: excubabo sol
licitus vigilansq; pernoc
tabo: forsitā ostēdet michi
dñs seruū suū. Dixit a dic
tū cepit opere exercere. In
terea paucis admodū elo
lutis diebus: ecce cultor in
mitatis aduenit michael⁹:
et iterate vicis factum ter
no cupiens supplere nu
mero: equale duorum ta
lentum. Cuius
somnu excitatus hō statim
egressus: iam vadentem.
iamq; fugientem tali sub
sequebatur voce. Siste gra
dū teq; meo ne subtrahas

aspectu. Olim te cupiui
cernere. olim te cognos
cere desiderauī. Sic fatꝰ:
otio: adnolat spacioq;
correpto. michaēl cogno
uit per vmbram. Hōr hu
mi p⁹stratus. Oscitan
tatagrebat p̄des eius. Nō
sanctus pio vt erat pecto
re p⁹hibuit fieri: sed bre
uiter allocutus exegit ab
eo: ne cuiq; dum vitales
carperet auras: michaelem
huius rei indicaret auctō
rem. Felix felicē imitatus
est magistrū: qui nō so
lū homines sed demones
compr⁹mebat. ne famax
eius sereret in populo.
Ille enī ne veris falsa mis
ceret. iste autem ne quod
libet extolleretur rumuscu
lo interdixit homini vt
ex nullo modo p⁹nderet
nomen eius. Lectio.vi.
Te omnibus votis
colendus: omnibꝰ
q; p⁹comijs extollēdus:
qui faciens duobus non
posse placere dominis:
vni elegit: cuius onus
leue est: cui tota deuo
one colla submittēs pon
derosam saeculi mūdi ei
oblectatione sua p⁹icat
Voluit enī quoq; mo
do seculi captare famam:
ne sanctorū contubernio
p⁹uaretur: cōmittens se
deo assidue: qui disp̄sat
et ordinat omnia quādo
vult et quomō vult. Hyl
ita translatus myrea metro
polis ciuitas orbata est
suo antistite. Cuius obi
tū non mediocriter adia
centiū parochianī cōdo
lentes ep̄i. fuerat enī bñ
morigeratus ac religios⁹:
conuenerunt in vnum ci
ues cunctis: vt ānuē
te dño ihū p⁹uiderent
illi ecclesie secundum sata
canonū voluntatem p⁹fu
turum. Conuentione itaq;
facta interant quidā pō
tifex magne auctoritatis
vir: ad cuius intuitū om
nium pendebat sententia: vt
quem ille voce p⁹moueret:
hunc p⁹culdubio eligē
rent vniuersi. Hic ergo
per omnia sequēs apostō
lorū vestigia. Cūctos re
uerendissimosq; pre
cibus mistere hortatus ē:
quatenus ille q̄ mathiā

mdidit vt numerū sup
pleret apostolicū. ipse so
luta clementia pandere
dignaretur: quē vellet
fungi tanto sacerdotio.

Nc Lectio. vij.

Omnes quasi cele
sti cōmouerentur oracu
lo: sic conuersi ad deum
flagitabant ex intimis
precordijs: vt pastor et
nus vtilem suarū ouiū
pastorem ostendere dig
naretur. Illis quippe cū
summa deuotione oratiō
vocem de celo audiunt
dicentem sibi predictus
pontifex: vt egrediens
ante portas ecclesie sta
ret et quē primū matu
tinali hora venire conspi
ceret: ipsum cōsecraret
antistitem: adiungens
etiam q mcolaus vocare
tur. Tunc presul ceteris
episcopis hanc suā reue
lationem narrans adie
cit. Vobis in orationib⁹
persistentibus: ego for
seas excubabo. Credo ei
q non priuemur benefi
cio dei. Sic ait: et valu
as basilice sancta calidi
tate obseruabat. Mirū
m modū matutinali ho
ra quasi a deo missus: an
te omnes se agebat mco
laus. Cūq; ad ecclesie
ianuas propinquasset:
innecta manu eū appre
hendit epūs. blandeq; sa
satatus est dicēs. Qua
le habes nomē? Ille colū
bina vt erat simplicitate
mclinato capite mcola
us inquit vestre sanctita
tis seruus. Cui protinus
presul psalmis innexis
ait. Fili vem mecum: est
aliquid secretū qđ tuei
doli fari debeam. Mox i
trogressus. en fratres p
clamauit: vere ait dñs:
quodcūq; petentes pa
trem in nomine meo: ac
cipite quia accipietis et fi
et vobis. En inq' qđ pe
timus accepimus. En
adest de quo vestra fla
gitauit charitas. Quo
viso ingentem omnes
tulere clamorem ad syde
ra: et certatim saluato
ris laudabant magnalia
Episcopi letabātur pro
collega celitus sibi colla
to: clerici alludebāt sicut
bone pecudes. Quod mul
tis moror: Licet plurimū
rentens obstiterit: plu
rimūq; reclamauerit: intro
mittus illico sicut mos
exigebat regiones illius
pontificalem accepit mi
tram. Lectio octaua:

Pontificali igitur
cathedra sublimatꝰ
eandem morū grauitatē
quam prius: eandēq; sec
tabatur humilitatē. Cre
ber in oratione pernigi
labat: corpus atterebat
ieuniis. Mulierū con
sortia: licet ab ipo puentie
sue tempore exhorruerit:
tamen ex hoc quasi quan
dam pestē fugiebat. In si
sapiendis hominbo hu
milem: in loquendo effi
cacem se prebebat. Alacer
erat in exhortando: seuer⁹
in corripiendo. Viduarū
et orphanorū atq; oppres
sorū sic negocia curabat:
ac si propria essent. Rapi
nam execrabatur potētū.
Arguebat violentos. Et
si quem forte quolibet ca
su afflictum cernebat: mi
rabiliter cōsolabatur. Cre
scebat quotidie fama bo
nitatis eius: que vbiq;
laudem ferebat mcholaÿ.
Hinc potens hinc impo
tens illū noīabat. Gau
debat populus amictus
de tali patrono: letaban
tur heroes de tanto pon
tifice: quia ita se auctori
tate et gratia plenū exhi
bebat: vt omnū gereret
curam: et episcopalem di
gnitatem non amitteret.
Verū tempus ante defice
ret: quin et sermo desere
ret: si de singulis eius me
ritis scribere temptauero.
Si quis scire voluit qua
lem se q̄tūq; prestiterit
mordacem compatiat tē
tem: et ex subiectis cuiē
ter agnoscere valebit. Cū
igitur omnū crismatur
virtute corroborarentur
mcolaus: et mchil sibi sed
totū dei gratie tribueret:
deuntes autem cũ victo
ria marrochiũ saracem si
mul et xpianam: per triduũ
aquam non repentes:
immo sitis ardore cruci
abantur. At berardus sã
cte trinitatis cultor: tan
to compatiens hominũ
labori: oratione cum cete
ris premia: breui parillo
terram fodiens. aqua a
dño impetrata. inmento
rũ sitim et hominũ extin
guit. In ipo vero loco:
nec fons ante visus fue
rat nec post. Reuersi au
tem marrochiũ seruabã
tur ne predicarent: sed il
li quadam secta feria in
publicũ prorumpẽt. At
iussu regis cuidam pri
capi qui aque miraculũ
viderat decapitandi tra
diti sunt: qui eos pcepit
carcerem mancipari. Ad locũ
igitur carceris adducti: a
lapis a ministris q varijs
sunt opprobrijs saturati.
Post triduũ vero de carcẽ
tracti nudi et manibus
post terga ligatis: tandẽ
impio iudicio sunt presen
tati. At ille cernens eorũ
in fide constantiam nulla
posse ratione mutari: ite
rũ iussit durissime tam
diu virgis et fustib: cedi:
donec pene viscera appa
rerent et ossa. Ministris
etiam ferente oleo et ace
to vulneribus ifusis: per
totam sequentem noctem
super testas volutati sũt:
et a plurimis sibi inuicẽ
succedentibus. arbitrime cer
afflicti. Lecto. septa:
Nocte vero illa custo
des magnã de celo
lapsam lucem videntes:
et prefatos sanctos cũ in
numerabili multitudine
sublimari: putauerunt di
uinitus fuisse liberatos:
sed in carcere inuẽtos fuis
se cet rem tribunalibus pre
sentari. Ministri vero il
los nudos trahentes: cõ

tinuus flagris terga eoꝝ
et corpora nouiter flagel
labant. Occurrit autem
illis quidam princeps:
mahumeti cam suadens
fidem. Octo vero illius p
suasionem confutans eti
am in contemptum ppha
ne legis in terram spuens:
gruu ab ipo alapa perauf
sus. Et At ille verborum diu
non immemor: alteram pre
buit maxillam dicẽs. Ignos
scat tibi deus: quia nescis
quid facis. Ad impij de
mũ regis conspectum ad
ductis sic ad eos eorsum
est. Estis ne vos ipi illi:
qui fidem veram vituperã
tes ad tantam etiã ifamã
adducti estis: vt dei nũtũ
blasphemetis? At illi. O
rex fidem veram nunquam
spernimus: tuam autem
falsam et eius unquũ cõ
ditorem omnino abhor
remus: pro vera autem
et pati et mori parati su
mus. Tunc rex eos delicij
et voluptatibus a xpi sti
ana veritate existimans re
uocare: pecunias et formo
sarum mulierũ que ade
rant delitias repromittit.
si mahumeti perfidiã re
perent: alias suo gladio
trucidandi. Sed uir
deũmobiles animo cõ
uersi ad regem. sint tibi
unquũt mulieres et pe
cunie: nobis autẽ sit ihũs
xpũs. Adhibe uincula. car
ceres. ignes. tormenta et
mortem: omnis nobis le
uis est pena: eã de celesti
gloria cogitamus. Tunc
rex tantam cernens in fã
ctis constantiam et ĩmo
bile propositũ: arrepto
gladio minister iniqui
tatis effectus: capita eoꝝ
per medium frontis ampu
tauit. Et illi quidem op
tato iam potiti: post mul
tos persecutionũ aculeos: post igẽtissimas eũ
pnarum moles: eterne
vite adepti beatũ marti
rij coronã donati sunt:
Hæc sũt Lectõ. vij.
Sed vero beati martires.
anno domini millesimo
ducentesimo vicesimo:
decimo septimo kalendas
februarij: ante mortem be
ati francisci anno secto:
qui illorum vt audiuit
martyriũ tanto gestiuit
gaudio tanta perfusus est
letitia. quod facile expri
mi non possit. Corpora
autem eorũ extra palatiũ
proiecta: a sarracenis liga
tis pedibus: extra urbem
variis ludibriis circa me
nia tracta: tandem pemt
in partes consecta: in cã
po relicta sunt: vt bestijs
essent in cibum. Christi
am vero nocte sequenti
ad colligendas sacras re
liquias euntes: lapi
dibus sarracenis sunt re
pulsi. Sequenti vero die
quorũdam consilio: ne
reliquie venerarentur a
xpianis vt sancte. rex ig
ni comburendas decreuit
Sed igne copioso acce
so: cum in eo sanctorum
corpora iactarentur. hin
cinde flamma declinans
reliquit intacta. Immo
quod dictu mirabile est.
cũ vnũ de capitibus plu
ries in ignem proiectus
esset: diuina faciente vir
tute de igne semper exili
ens nec in capillis ẽ lesũ:
et nunc cũ pelle et capillis
integrum demonstratur.
Postea sarracẽ precio
sumpto: reliquias xpianis
ams vendiderunt. Dom
nus vero petrus infãs ca
pellano suo: et quibusdã
iuuembus virginibus ea
tradidit deficcandas. Cũ
autem quidã formicarius
vellet illuc accedere: imobi
lis factus in medio scale vt
sibi succurreretur clamauit.
Qui confessione premissa:
de scala descendens loquelã
amisit: nec prius recupera
uit q̃ voto facto super pect9
eius vnũ caput sanctorum
appositũ est. Lõ octaua:
Sanctorũ reliquijs
dum sic delicarẽt:
quidam approximans vt
eas soluto more contingeret: sic in aere cũ umbone
sunt eleuate. vt nullo hu
mano subsidio possent at
tingi. Quam adolescens
rem: et formicationem cõ
scientia accusante contri
tus et confessus: statim
valuit reliquias e celo di
missas contingere. Unde
factũ est: vt in maiori re
uerentia habitus: nonnulli
a facinoribus abstinerent
ne deprehenderentur. De
mũ eorum capitibus cũ

carmbus m quadã argen
tea archa depositis: ossib̃
vero m alia: m sua capel
la collocantur: prefatus
petrus infans amice sancte
precabatur: vt redeundi
inter xp̃ianos aditus m
dulgeretur. Quorũ men
tis factũ est: vt rex illi re
deundi licentiam daret: q̃
ius consultus fuerit vt ai
occideret. Qui in itinere
positus: ad quẽdam locũ
peruenit: vbi imam attri
tate leombus auditis:
non parũ cunctis timo
rigentur sed sacris reli
quijs interpositis omnis
profecto mugitus et ti
or abscessit. Inde solitana
permitus multa loca pgrã
tes: qua sibi pergendum
foret ignorabant. Nec de
fuit diuina pietas humi
liter supplicantibus: qui
errantibus sanctorũ me
ritis vie ducatũ prebuit
Siquidem iumentũ cu
sacre insidebant reliquie:
infans preire et alios seq̃
iussit nullo ductore pcce
dente: saracenorũ insidias
per inuia et aspera euadẽ
tes: ad optatam vrbẽ vbi
ad transfretandũ parata
erant nauigia peruenerẽt.
Tu autem. Lectõ nona:

Situr naues cõscẽ
dentes: cũ sequenti
nocte sanctorũ patrocinio
flumine de celo dilapso:
naufragũ euasissent: hy
spalum deuenerunt. Et vr
ventis vela cõmiserant et
ecce regis nũtij vt eos ca
ptiuos reducerent: ad hi
tus applicuerunt. Sed
hij secundis flantibz vẽ
tis: tandem feliciter coli
briam peruenerunt. Ad
sacras autem fusca pietas
reliquias regina oracha:
et populus vniuersus ca
iubilo cucurrit in mona
sterio sancte crucis regu
larũ canonicorũ: cum
magnis que longũ foret
narrare solempnijs sepe
lierunt. vbi multis coru
scant miraculorũ prodi
gijs. Siquidem ad eor
uocationem mirificã
ceca vident. claudi ambu
lant. muti loquũtur. lep
si mũdantur. paralitici
curantur. obsessi a demo
nibus liberantur. et varijs
infirmitatibus detenti.

desideratum obtinent sa
nitatem. Ex ipis quoq; re
liquijs: vsq; hodie hoc
sanguineus et odorifer
manans multis confert
integram sospitatẽ. Nec
tacendũ puto grauem di
uum iudicij super saracenos
vindictam. Nam ab eo ã
no quo martyres bti pal
mam meruerũt martyrij
omnũ pene rerũ sterilita
et seua pestis sic i cos per
quinquennũ ẽ debachata.
vt morbo incurabili mul
tiplicente maxima pars illi
gentis fuerit crudeli mor
te deleta. Ipsius quoq; i
pij regis brachiũ et totus
dextrum latus vsq; ad pe
des eo anno quo sanctos
infremerat. arduũ sic fac
tum est et siccũ. vt nullo
humano vsui potuit am
plius adaptari. Horum
sanctorũ felici aditu mir
tyrio: et vilis reliquijs i
ductus xp̃i confessor anto
nius fidei feruore et mar
tyrij amore succensus: ex
canonicorũ ordie ad mi
norũ se transtulit pauper
tatem. Gaudeat igitur
mater ecclesia celestium
militũ illustrata natali.
Laudeat et sacra mirabilium
religio sanctorũ martyrũ
virtutibus laureata: et
nouus miranis sanctorum
prodigijs gratias xp̃o refer
at actiones. et sanctorũ
martyrũ secretur vestigia.
ad laudem et gloriam dñi
nri ihũ xp̃i: cui cum patre
et spũ sancto est honor et
gloria in secula seculorũ.
Amen. In festo sã mar
celli papẽ et mñs. Lectõ. p.

Empore quo maxi
mianus augustus
rediit de partibus affrice ad
vrbem romam: volens placẽ
diocleciano augusto vt i
nomine eius thermas a so
lo edificaret: cepit indic
xp̃ianorũ omnes militẽs
romanos ad afflictiones
labores compellere: et per
varia loca: alios ad lapides
alios ad arenã fodiendam
dampnauit. In ipo tẽpore
erat vir nomine traso: vir
potens et facultatib; ple
nus et vita fidelis. Hic cũ
vidisset affligi xp̃ianos ad
fatigationem et labo
rem: cepit de sua facultate
te sanctis martyribus ali

momã et victũ mmstrare
per viros chrsti anos sisi
mũ et anacũ smaragdũ
et largum. Lcõ secunda:
Hec audiens marcel
lus episcopus vbis.
gaudio repletus est: de ele
mosina quam trason sanc
tus mmstrabat. Et vocãs
ad se sanctos viros xpristi
anos et seruos dñi nostri
ihũ xpi: sisimmũ. anacũ.
smaragdũ. et largũ: q̃ qui
fuut abeis et notũ fecerũt
sancto marcello episcopo:
quomodo trason sanctis
dei victualia mmstrabat.
Tunc gaudio repletus: du
cens consiliũ: consecrauit
sisimmũ et anacũ diacone
ecclesie romane. Factũ est
autem in vna nocte dum
ferrent humeris suis vic
tum. quem trason mmis
trabat: tenti sunt a mili
tibus pagans et perducti
ad tribunũ crpuriũ. Sus
cipiens eos tribunus: re
clusit in custodia publi
ca. Post diem terciã nũti
auit tribunus maximia
no augusto. Ltõ tercia:
Hec cum audisset
maximianus iussit:
vt sub custodia ipsi fode
rent arenam: et humeris
suis portarent vsq; ad lo
cũ vbi thermne edificabã
tur. Erat autem ibi senex
inter eos nomine saturni
nus: qui iam senectute
maceratus fuerat: et cepe
runt eũ ad portandũ ad
iuuare. Hec cũ vidissent
custodes fieri: quia sisin
nius et anacus diacones
saranas suas et alias cũ
adiutorio xpi portarent:
mirati sunt et mũcauerũt
tribuno crpuio. Tũc tbũs
nuntiaut maximiano au
gusto dicens: q̃ cũ hym
nis et laudibus dei: et oĩ
veneratione xpo glorĩã
reddebant. Lectio q̃rta:
Eodem tẽpore misit
maximianus augu
stus: et iussit sibi sisimm
um presentari. Cui cum
presentatus fuisset sisin
nius diaconus dixit ad
eum maximianus. Quis
vocaris? Respondit. Ego
peccator: sisinnus seruus
seruorũ dñi nr̃i ihũ xpi.
Maximianus augustus
dixit. Que carmina sũt
in vobis? Respondit si
simmus diaconus dicens.
Si cognosceres que sunt
carmina fidelũ: scires cr
atorem tuũ. Respondit
maximianus augustus.
Et quis est creator mi si
iuuctus hercules? Respõ
dit sisinnus diaconus.
Nobis turpe est vel nom
nare vel audire eum. Ma
ximianus dixit. Vnum
tibi e duobus elegere fes
tina. Aut sacrificri deo her
culi: aut carnes tuas ig
nibus cremabo. Lctõ. v.
Sisinnus diaconus
dixit. Ego quidem
semper hoc optaui: verum
tamen si meritus fuero:
vt coronam desiderati ac
apiam. Iratus maximia
nus augustus tradidit e
um lauditio pfecto. Tũc
lauditius prefectus reclu
sit eum in custodia ma
mortim: et fuit ibi in cu
stodia diebus decẽ et sep
tem. Post hos dies trans
actos iussit lauditius pre
fectus aspectibus suis si
simmũ presentari. Qui cũ
presentatus fuisset ab am
phromano cõmẽtariensi:
subito lux de celo facta ẽ:
et vox de luce exist dicens.
Venite ad me benedicti
patris mei percipite reg
nũ quod vobis paratũ ẽ
ab origine mũdi. Tunc
amphromanus tremefac
tus cecidit ad pedes sisin
nij diacom et dixit ei. Ad
uuro te per xpm quem cõ
fitens ne tardes me bap
tizare: et facias me tecũ
pertingere ad coronam.
Eadem Lcõ sexta:
Aqua allata ẽ aqua
et catizauit eum: et be
nedixit fontem: et depo
suit nudũ in pelum et di
xit ei. Credis in deum pa
trem et filiũ et spmtũ sãc
tum? Et ille respondit.
Credo. Et dixit ei sisin
mus diaconus. Illumnet
te xpristus. Et eleuauit
eum de pelu: et adduxit
eum ad sanctum marcellũ
episcopũ: quẽ chrismate
consignauit: et altare cõ
secrauit: et participati sũ
omnes corpus et sãguinẽ
dñi nr̃i ihũ xpi. Eodẽ die
post meridiem iussit sibi
lauditius sisinnũ diaco
nem presentari amphro
mano comentariensi iam

baptizato. Qui cepit clamare et dicere. Quid vos coartat diabolus in dei fuos: tanta mala exercere? Tūc prefectus dixit ad amicos manū cōmentariēsē. Quid ego video et tu xpistian' effectus es. Lcō septima:

REspondit amicus manus. Ve mihi infelix: quia perdidi dies meos. Respondit prefectus Vere nūc perdes dies tuos Et iussit eū capitalē subire sententiam dicens. Si hic extinctus non fuerit: multi per eum perībūt. Eodem tempore ductus i via salaria miliario secundo: capite truncatus est: sub die quarto nonarū februarū. Tunc iussit retrudi in custodia senem saturninū et fisimmū diaconē dicens. Si non immolauerit dys: diuersis eos penis interficiam. Cumq; saturninus senex esset in custodia vna cū fisimmo diacono: venebant ad eos multi gentiles et baptizabantur cū oi fiducia. Lcō. viij.

IPso tempore maximianus interfecat sororem suā artemiā: Post dies octo venens sānctus marcellus episcopus cū luciana matrona xpīanissima: condiuit corpus eius cum aromatibus et linteaminibus: et iposiut nocte in palatio cū eunuchis suis: et sustulit martyres vbi cōmendati fuerāt. Et translata sunt corpora cū sancto cyriaco in predio cius via hostiensi miliario ab vrbe roma septio vbi requiescunt in sarcophagis lapideis. Quos manu sua recondidit beata luciana in pace amē sexto idus augusti. Eodem tempore beata luciana fecit donationem de facultatibus suis omni ecclesie catholice. Lectio nona:

HOc audiens maximianus augustus indignatus proscriptioēm dampnauit. Beatam autem lucianā rogauit sānctum marcellū episcopum: vt domū eius ecclesiam cōsecraret. Quod et cum oī deuotione fecit beatus marcellus episcopus. Ad vbi frequenter in eadē domo missas celebraret i media ciuitate via latina: et audiret hoc maximianus augustus iratus misit i eandem ecclesiam et fecit preceptione sua: vt ibi porcile sterquilinia ad animalia stabuli publica: et eundem marcellū episcopum ad seruitū animaliū deputauit cum custodia publica: vbi et per multos ānos seruiendo emisit spiritū septimodecimo kalēdas februarias. Cuius corpus rapuit iohānes presbiter noctu cū beata luciana et condiuit cū aromatibus et sepelnit in cimiterio prisalle via salaria nō lōge ab vrbe roma: miliario tertio et requiescunt i pace. amen. In festo sci antonii abbatis. Lcō p:

BEatus antonius abbas cū esset in ciuitate patrias in monasterio: non valebat seruitū dei facere quomodo ipe capiebat: quia quotidie videbat ad se venire multas gentes seculares. Et cogitans et gemens i corde suo dicebat. Frēs quid faciemus: quia cōturbāt me cogitationes mee: et non est hic locus quietus vt possimus saluare ānas nostras. Hec dicebat ill' quos sciebat in dei amore positos: et per singulos dies molestabat et hortabat eos: dicebatq; illis. Quid faciemus? Illi autem dicebant. Quid tu pater iubes? Ille autem dicebat. Veni te pergamus de loco isto: et eamus in illū locū vbi fideliter et firmiter deo seruiamus. Lectio secūda:

ILli autem qui in timore dei erant positi animo suo ei dixerunt. Si sic oportet pater: et nos non te derelinquimus. Tunc beatus antonius dixit. Fily mei voluit nos deus in ordinem monachorū et sacerdotū: sed tamen videamus vt non sit falsum in nobis huiusmodi nomē: si secundū scripturam precepti dei in omnibus audire et adimplere velimus. Cū autem sol ad occasum venisset introierunt in ecclesiam et ceperunt laudes

redere deo omnipotenti: sicut mos erat. Et cū cōpletū esset officiū monasterij: et omnes requiescerent in lectulis suis: ille prostrauit se in terram deprecans deum et dicens. Deus celi et terre qui cūctorū es cognitor: i cuius voluntate cuncta sūt posita: et nō est qui possit tue resistere volūtati qui reuocas errantes vt non pereant: custodi seruos tuos: et ostende nobis locum in quo tibi mundo corde: et casto corpore seruiamus: quia non ē hic locus conuersationis mee amatoribus huius seculi

Et cum Leō tercia: orasset beatus antonius abbas accidit ei modicus somnius. Demū autem angelus dñi i sōpnis dixit ei. Antoni surge vade in locū in quo dico tibi: tu et fratres tui qui volunt sequi te. Ego autem dabo tibi i heremo figuram angeli: vbi pascam te de cunctis regionibus terre. Et cū ascenderis in montem excelsum

cedron: vbi inuenies modicam vallem nemorosā pulchram inter montes: illicq; inuenies lapidem marmoreum in similitudinem hominis: qui tibi aliquid pauonis inuittet: sz noli timere q; ego tecum sum in omni opere tuo. Tunc beatus antonius surgens a somno dixit. Gratias ago tibi dñe ihū xpe: qui me dignatus es erudire. Et introiuit in ecclesiā: tangens signū ad matutinū. Et congregatis cunctis fratribus in simul fecerūt officium. Lectio quarta

Mane autem facto exierunt de ecclesia: et ante portas ecclesie pariter sederunt. Et exinde cepit beatus antonius narrare sompnū suū quod viderat fratribus suis. Dixi vobis iam fratres mei sequimini me: et ducam vos in locū illū vbi animē nostre saluentur: q; non est hic locus idoneus nisi amatoribus seculi et vanitatum. Et propterea fugiamus nos a facie

tuus cupiditatis. Illi vero respondentes qui erāt animo bono dixerunt. Pater eamus vbi tu vis: sed tamen videamus ne in vacuū laboremus: sed proinde vt ad exemplā sanctorū possimus peruenire. Lectio quinta:

Iterum dixit beatus antonius fratribus suis. Videte fratres vt cor vestrum et cogitatio vestra non vacet inanitū: et ne seducat vos huius seculi cupiditas sed volūtatem dñi et meas exhortationes per omnia custodite: et audite me quia ita dicitur i euangelio. Qui voluerit animam suam saluā facere: perdet eam. Et qui perdiderit animam suā in hoc mūdo propter me: i vitam eternam inuenet eā Et paulo post ceperunt omnes cantare psalterium vsq; ad horam nocturnā. quando sompnus depremit. Tunc surgens beat' antonius: in prima vigilia noctis accepit baculū suū et fusticauit illos qui secum erāt illū.

Credictes Lto. vj. vero de monasterio: cum silentio pertexerunt ad murū ciuitatis: et deposuerunt beatū antonū per fiumculū: et omnes qui cū eo erant. Exeuntes autem foras ciuitatem ambulauerunt per diuersa loca montuū: tota nocte illa et duobus diebus: et peruenerunt in vallem nemorosam pulchrā minis: odore omnū arborū repletam. Erat autem ibi lapis in similitudinē hominis aspectus. Et ille erat locus vbi expoliauerunt filij israel fratrē suū ioseph: et in sanguine hedi intinxerunt tunicam eius: et ipm vendiderūt ismaheliticis triginta argenteis.

In festo scōr martyrū. marij martheae audifax et abacuc. Lectio j.

Temporibus claudij imperatoris: venit quidam vir de persidis partibus nomine marius: cū vxore sua nomīe martha: et filios suos audifax et abacuc viri xpiani

ad orationem apostolorum. Dementes autē romam: ceperunt corpora sanctorum per carceres et sepulturas conquirere. Et dum frequenter: solicite: et cum ose: quererent. Vementes in caltrum trans tyberim: intra carcerem inuenerunt hominem venerabilē nomine quirinū: qua iam multa verbera pro xpisti nomine perpessus fuerat et facultate indatus: ad quem vementes miserūt se ad pedes eius: marius et martha uxor eius cum duobus filijs audifax et abacuc: vt orarent pro eis: et ibi manserunt diebus octo. Et ceperunt de facultatibus suis ministrare beato quirino et lauare pedes eorum qui in vinculis erāt cōstricti. Lectō. ij.

Eodem tēpore iussit claudius: vt si qui xpianorū reperti fuissent: in vulgo aut in custodia sine intermissione punirentur. Ipō precepto diuulgato: tenuit ducētos sexaginta duos xpianos via salaria: qui arenam fodientes dampnati fuerant pro xpisti nomine. Quos iussit vt in figlina foras muros porte salarie ducerentur: et in eodem loco clausi sunt in cunctis amphiteatro: vbi eos multis sagittis iussit interfici. Hoc cum factū fuisset: contristati inimis manus et martha uxor eius: cū duobus filijs suis audifax et abacuc: venerunt ad locum vbi corpora sanctorum interfecta fuerāt vna cum iohanne presbitero. Et inuenerunt corpora sanctorū igit superposita. Et cuentes se: ceperunt corpora subtrahere et sepelire cū linteaminibus et facultatibus suis quia vir locuples erat: cum filijs suis et uxore et quotquot potuerunt sepelierunt in cripta via salaria in cluo cucumeris.

Claudius Lectō. iij: igitur audiens q̄ sancti dei sepelissent corpora martyrum: iratus tradidit eos vicario musiano dicens. Si non sacrificauerint et derelique rint superstitionem hāc diuersā in eis tormenta exerce. In eadem die iussit sibi eos musianus intellude presentiū: et oia genera tormentorū deferri. Qui cum adducti essēt in conspectu eius: furore repletus dixit. Intimatū est vobis que preceperūt principes nri: et ōs rectores reipublice? Respōdit audifax. Nescimus. Musianus dixit: Deferentur tormenta. At vbi allata sunt dixit. Omnia hec genera tormentorum in vobis expendentur: si de cretum non fecerītis. Si vero audieritis precepta principū: et natales vri renouabuntur et dignitate fulgebitis precelsa.

Hec iussērt Lcō. iij. rectores reipublice. vt sacrificetis dijs sine mora et cstote amici principū. Respondit audifax filius maior: et dixit. Stultam rem locutus es. Dixit musianus ad marinū martham et abacuch. Vos q̄d dicitis? Respōderunt. Omnes quasi ex vno ore locuti sumus. Musianus iussit eos expoliari et fustibus cedi: martham vero stare ante eos. Qui dum cederentur sub voce precoma dicente: precepta principum nolite contēnere. Martha gaudens dicebat filij mei constantes estote. Marius vero laudabat dominū dicens. Gloria tibi dñe ihū xpe. Lectio. v.

Musianus vicarius iussit eos leuari terra et suspendi in eculeo Qui dum attraherentur nerus: voce magna clamabat audifax filius maior. Gloria tibi dñe ihū xpe: qui nos vocare dignatus es: et cū seruis tuis dimmeriare. Iratus musianus iussit ignem accendi latera eorū pom: et vngulis ferreis radi. Illi autem vultu alacri leti clamabant. Gratias agimus tibi dñe. Musianus iussit eos depom de eculeo in conspectu martirū manus eor precidi. Lcō. vj.

Vnde manus sanctorum fiussēt precisse: cepit sanguis ema

nare. Martha autē colligens sanguinem mariti et filiorū: faciem q caput suū linebat cum gaudio. Tunc iussit vt manibus ad colla ligatis: sic per ciuitatem circuirent sub voce precoma dicente. Deos blasphemare nolite. Clamauit autem marius audifax et abacuch. Nō sūt dij sed demones: qui vos perdere habent q principē vestrum. Qui ducti via cornelia miliario tercio decimo ad nymphas catabassi: ibi in eodem loco decollati sunt sub arenario: marius. audifax. et abacuc. Martham vero in nymphaeum necauerunt. Quorum corpora iterum iussit incendi: ne sepultu ram haberent. Matrona vero nomine felicitas rapuit corpora: et ī predio suo semiusta sepeliuit. Martham vero leuauit de puteo et unxit corporibus sanctis: tercio decimo kalendas februarias: regnante dño nro ihū xpō. Qui viuit et regnat ī secula seculorum amen.

De scō fabiano. Lcō p:

Abianus natione romanus: ex patre fabio sedit annos quatuordecim. menses vndecim. dies vndecim. martyrio coronatur. Fiunt autem tēporibus maximiani et affricam: vsq; ad decium secundum et quadratum: et passus est quarto decio kalendarū februariū. Hic regiones diuisit diaconibus: et fecit septem diacones: qui septem notariis īmnerent: et gesta martyrū fideliter in mtegro colligerent. Et multas fabricas per cimiteria fieri precepit. Et post passionem eius moyses q maximus presbyteri q mox status diaconus cōprehensi sunt et in carcerem missi. Eodem tempore venit nouatus ex africa et separauit de ecclesia nouatianū et quosdam confessores: postq̄m moyses in carcere defunctus est: qui fuit in eo menses vndecim. Et sic multi christiam fugerunt per diuersa loca. Hic fecit ordinationes quinq; per mēses decembrū. presbyteros viginti duos. diacones septem. episcopos per diuersa loca numero vndecim. Qui etiam sepultus est in cymiterio calixti via apia tercio decimo kalēdas februarij et cessauit episcopatus dies septē.

Alie de sancto sebastiano. Lectio secunda:

Ebastianus vir christianissimus mediolanensiū partibus eruditus. ciuitate narbonensi oriundus diocleciano et maximiano imperatoribus ita carus erat: vt primapilum ei prime cohortis tribuerent et suis aspectibus eum uberent semper astare. Erat enī vir tot' prudentie. in sermone verax: in iudicio iustus: in cōsilio prouidus: i cōmisso fidelis: in mterueniendo strēnuus: in bonitate conspicuus: i vniuersa morū honestate pclarus. Hunc milites ac si patrem venerabantur: hunc vniuersi qui pcerant palatio charissimo venerabantur affectu. Erat enī verus dei cultor. Et necesse erat vt quē deus tanta perfuderat gratia: ab omnibus amaretur. Christo igitur quotidie sedulū exhibebat officiū: sed agebat quatenus hoc sacrilegis regibus esset occultū: non passionis timore perterritus: neq; patrimonij sui amore cōstrictus: sed ob hoc tātū sub chlamyde terrenī imperij christi militiam gerebat absconditam: vt christianorū animos quos inter tormenta videbat deficere confortaret: q ideo redderet animas quas diabolus conabatur auferre. Demq; postēp multas martyrū mentes a timore passionis eripuit: et ad coronā perpetue glorie mcauit: ipē quoq; quis esset apparuit: quia lumen in tenebris latere non potuit. Lcō. mj.

Reclarissimus igitur vir marcellianus et marco duobus germanis fratribus pro xpi nomine in vinculis cōstitutis: quotidie solatium

ebibebat: et tam ipis q̄
etiam ſeruus eoꝝ cum
quibus detenti fuerant:
ſalutaria fidei conſilia im
miſtrabat vt fugitiua ſecu
li blandimenta reſpuerēt:
et momentanea tormētoꝝ
genera non timerent. Igi
tur cum hec et alia multa
beatus ſebaſtianus iduti
ciſſime et accinctus bal
theo quotidie facēt: qua
dam die dum hec et hijs
ſimilia ex ſuo ore proferet: ſubito per vniam fere
horam: ſplendore immo
de celo vemente illumina
tus eſt: et ſub ipo ſplendo
re pallio candidiſſimo a
mictus nuuens apparuit
iuxta eum. Hec autē gere
bantur intra domū p̄mi
crinj nomine mebostra
ti: apud quem cuſtodie
bantur marcellianus et
marcus. Qui mebostra
tus habebat vxorē nom
ine zoe. Hec autē ante ſex
annos egritudine immo
bilis facta eſt muta: pru
dentiam tamen audiēdi
et intelligendi non ſolū
non amiſerat: verū etiā
et melius q̄ prius liue
rat officiū obtinebat au
ditus. Hec itaq; cū ītel
leciſſet omnia que beat⁹
ſebaſtianus dicerat: ꝛ tā
tum lumen circa eum vi
diſſet. omneſq; facti mi
raculi ſtupore tenerentur:
āmebat manu omnibus
vt quaſi exprobrandi eſ
ſent: qui tam euidenti aſ
ſertioni non crederent. Et
genibus eius adoluta:
rogare cum manuū indi
cijs cepit. Sed beatus ſe
baſtianus cū videret cor
dis ſecreta lingue exp̄eſ
ſione declarari non poſſe:
cauſam humus ſilentij p
cuncta tus: didicit ſmo
nis illi copiā minima infir
mitate ſublatā. Lcō: nij:

Dnc beatus ſebaſti
anus dixit. Si ve
re ego ſeruus xp̄i ſū:
et ſi vera ſunt omnia que
de ore meo hec mulier au
diuit et credidit: iubeat
dñs meus ihūs xp̄us vt
redeat ad eam officiū la
bioꝝ eius: et aperiat os
eius: qui aperuit os za
charie p̄pbete dñi. Ad
hanc vocem exclamauit
mulier voce magna dicēs.

Beatus es tu et benedic
tus ſermo oris tui et be
nedicti qui crediderunt
te in xp̄m filiū dei vīuē
tis. Et cū vidi oculis
meis ad te angelum dei
ventem de celo: ꝛ libra
ante oculos tuos tenentē
et cuius lectione vniuer
ſa ſermonis tui oratio de
currebat. Benedicti qui
omnibus que locutus es
crediderunt: et maledicti q̄
dubitauerunt vel in vno
verbo ex omnibus que
audierunt: quoniam ſi
cut aurora ſuperueniens
vniuerſas tenebras noc
tis excludit et omnium
oculis lumen quod nox
ceca negauerat reddit: ita
lux ſermonū tuorū omnē
caligine omnēq; ignoꝛ
rantie cecitatem extерſit:
et ſerenū poſt tenebras
diem mentibus dedit.
Ame autem non ſolū in
credulitatis tenebras ex
cluſit: verū etiam ſermo
nis mei hoſtiū: quod per
ſeptem annos cluſum fuerat
patefecit. Lectio quinta:

Idens autem mi eo
ſtratus vir eius ti
ta mirabilia xp̄i in ſua vro
re celebrata: cepit proꝛ
cius adoliu: et indul
gentiam petere: pro hoc q̄
imperiali et prefectoꝛio
iuſſu ſanctos dei habuiſ
ſet in vinculis. Et aufe
rens de manibus eoꝝ
ferreos nexus: genua eoꝝ
amplexus. rogare cepit vt
dignarentur abſcedere di
cens. O q̄ beatus eſſem
ſi pro veſtra poſſem mere
ri ſalute cōſtringi: forſitā
ſanguinis mei effuſione
ablūerer: vt mortem illā
penarū eternarū euaderem:
et ad illam vitā pertingerē:
quam nobis per os dñi
mei ſebaſtiani manifeſta
re dignatus eſt dominus.
Demq; q̄ miles eēt xp̄i:
ſuggeſſit de eo prefectus
imperatoꝛi dyocletiano.
Quem dyocletianus ad
ſe conuocans ait. Ego
te ſemper inter primos in
palatio meo habui: et cō
tra ſalutem meā: tu in cō
temptū deoꝝ hactenus
latuiſti. Sanctus ſebaſ
tianus dixit. Pro ſalute
tua ſemper xp̄m colui:
et pro ſtatu vrbis roma

ne ullum qui in oculis est semper adorauit: considerans a lapidibus auxilium petere: misam capitis esse et vam. Tunc iratus diocletianus iussit eū duci in medium campū et ligari ad stipitē quasi signū ad sagittam et iussit vt sagittis eum confoderent. Quem multites hinc inde eum repleuerunt sagittis vt qsi ericius ictibus esset sagittarū insitus. Et estimantes eum mortuū abierūt.

Nocte Lectio sexta: relicta martyris cassula cetary nomine prene abyt nocte vt corpus tolleret. Et inuemens eum viuentem duxit in domū suam: et curam eius egit. Ibiq; intra paucos dies: salutem integerrimā recuperauit. in omnibus membris. Cūq; omnes xpiani ad eū venirent: hortabantur eū abscedere. Ipe vero sanctus oratione facta: descendit et stetit supra gradus clivi galuli vementibusq; ipatoribus dixit. Imquis surreptionibus animos ipeyi vestri pontifices obsident templorum: suggerētes de xpianis falsa cōmenta. Dicentes eos reipublice aduersarios: quor oratiombus ipa melioratur et crescit: qua pro imperio vestro orare non cessant. Cum hec et alia diceret aut dyocletianus. Tunc es sebastianus quē nos dudū iusseramus sagittis interfici? Sebastianus dixit. Ad hoc me dominus ihūs xpūs resuscitare dignatus est: vt cōuenar vos: et contester coram oi populo multe persecutionem vestram cōtra xpi seruos ebullire. Tūc iussit eum dyocletianus in ypodromū palacij duci: et tam diu fustigari: donec spiritū exalaret. Tūc tulerunt corpus eius nocte et in cloacā maximam miserunt: dicentes: ne forte xpianam eum sibi martyrem faciant. Quod inde beata lucina: ipso se revelante leuauit: et vt iusserat ad catha cumbas in mitio cripte iuxta vestigia beatorū apostolor petri et pauli sepeliuit: regnā

te dño nostro ihesu xpo. Qui vivit et regnat in secula seculorum amen.

Tres vltime lectiones de mart. cōmun martyrū.

In festo sce agnetis virginis et martyris hymnus Breuia. Rex. Iniuria. dñr de cōi virginū. In p. noct. an.

Discede ame pabulū mortis qz iam ab alio amatore preventa sum. Ps Beatus vir. an. Dexteram meam et collum meū cinxit lapidibus preciosis tradidit auribus meis mestimabiles margaritas. p. Quare fre. an. Posuit signū in faciem meam vt nullū preter eū amatorem admittam. ps: Dñe quid. v. Species tua et pulcritudie tua. Re. Intende prospere procede et regna. Lectio pma:

Beatus xpi ambrosius episcop⁹: virginibus sacris. Die festi sacratissime virginis celebremus. Hodie psalm resonent: hodie concrepant lectiones. Hodie populor turbe letentur: hodie subleuentur pauperes xpi. Omnes ergo gratulemur in dño: et ad edificationem virginū qualiter passa sit agnes beatissima ad memoriam reuocemus. Tertiodecimo etatis siue anno mortem perdidit et vitam inuenit: quia solum vite dilexit auctorē. Infirma quidem cōputabatur in annis: sed erat senectus mentis immensa. Corpore quidem iuuencula: sed animo cana: pulcra facie sed pulchrior fide. Dum a scholis reuertitur: a prefecti vrbis filio adamat⁹. Cum is parentes dum requisisset: cepit offerre plurima et plurora promittere. Dem q; detulerat secum preciosa ornamenta: que a beata agne ve

luti sunt sterc̃ora recusa
ta. Vnde factũ est vt in
uenis ille maior perurge
retur stimulo: et putans
eam meliora velle accipere
ornamenta: omniũ lapi
dum p̃ciosor̃ secum de
fert gloriam: et per scip̃m
et p̃r notos et affines ce
pit aures virginis appel
lare. Diuitias domos pos
sessiones familias atq; oẽs
mundi diuitias rep̃romi
sit: si consensum suũ eius
cõiugio non negaret. ℟.
Diem festum sacratissime vir
ginis celebremus qualiter
passa sit beata agnes ad me
moriam reuocemus. tercio
decimo etatis sue anno mor
tem perdidit et vitã inuenit
Qua solũ vite dilexit auctо
rem. ℣. Infantia quidem cõ
putabatur in annis sed erat
senectus mentis immensa.
Qua solum. Lcõ secunda.
Beata igitur agnes
tale iuuenem fertur
dedisse responsum. Discе
de a me fomes peccati. nu
trimentum facinoris: pa
bulũ mortis. Discede a
me quia iam abalio ama
tore p̃uenta sum: qui
mihi satis meliora obtu
lit ornamenta: et annulo
fidei sue subarrauit me:
longe te nobilior: q̃ gene
re et dignitate. Ornauit i
estimabili dextrocherio dex
tram meam: et collũ meũ
circuit lapidibus p̃ciosis. tra
didit auribus meis inestima
biles margaritas. Et circũde
dit me vernantibus atq; co
ruscantibus gẽmis. ℣. Po
suit signũ in faciem meã vt
nullũ p̃ter eũ amatorẽ admit
tam. Et cir. Lcõ. iii.
Non ergo potero ad
contumeliam p̃io
ris amatoris: vel aspicẽ
aliũ et illũ derelinquere:
iam quo sum charitate
deputatã. Cuius genero
sitas celsior: possibilitas
fortior: aspectus pulchri
or: amor suauior: q̃ omni
gratia elegantior. A quo
mihi iam thalamus collaca
tus est: cuius mihi organa
modulatis vocibus reso
nant: cuius in virgines
castissimus vocibus cãtat
Iam mel et lac ex eius ore
suscepi. iam amplexibus
eius castis astricta sum:
iam corpus eius corpori
meo sociatũ est: et sanguis
eius ornauit genas meas
Cuius mater virgo est: cu
ius pater femineam nescit.
Cui angeli seruiũt. cuius
pulchritudinem sol et lu
na mirantur. Cuius odore
reuiuiscunt mortui. cuius
tactu confortantur infir
mi. Cuius opes nũq̃ de
ficiunt: cuiusq; diuitie nũ
q̃ decrescunt. ℟. Amo xp̃m
sponsum in cuius thalamũ in
troui cuius mater virgo est
cuius pater femineam nescit
cuius mihi organa modu
latis vocibus cantant. Quẽ
cum amauero casta sum cũ
tetigero munda sum cum
accepero virgo sũ. ℣. A nullo
fidei sue subbarrauit me et
immensis monilibus ornauit
me. Quem cũ. In secũdo
noct. Añ. Induit me dñs
gemmis auro texta et imẽsis
monilibus ornauit me. p̃s
Cum inuocarem. añ. Mel
et lac ex eius ore suscepi q̃ sã
guis eius ornauit genas meas. ℣. Verba mea. ℟. Ipsi
soli seruo fidem ipi me tota
deuotione cõmitto. p̃s. Dñe
dñs noster. ℣. Adiuuabit
eam deus. Lectio quarta:
Ipsi soli seruo fidẽ:
ipi me tota deuoti
one cõmitto. Quem cui
amauero casta sum: cum
tetigero munda sum cum
accepero virgo sũ. Nec de
erunt post nuptias filij:
vbi partus sine dolore fue
cedit: et fecunditas quo
tidiana cumulatur. Audi
ens hec insanus uniuers
amore corripitur ceco: et
inter angustias animi et
corporis anhelo cruciabа
tur spiritu. Inter hec lecto
prosternitur: et per alta fi
spima amor a medicis ap
ritur. Fiunt nota patri q̃

fuerunt inuenta a medicis: et eadem paterna voce que fuerant iam dicta a filio ad petitionē virginis reuoluuntur. ℟. Induit me dñs vestimento salutis et indumento letitie circumdedit me. Et tanq̄ sponsam decorauit me corona ℣. Tradidit auribus meis lapides estimabiles margaritas et circumdedit me vernantibus atq̄ choruscantibus gēmis. Et tanq̄ sponsam. Lēcō quīta:

IN negat agnes beatissima: et semullo pacto assentiri sponsi federa violare. Cumq̄ pater diceret in falsitatibus se prefecture agere: et idcirco nec sibi quēuis illustrissimū posse preferri: cepit inde vehementer inquirere: quis esset sponsus de cuius se agnes potestate iactaret. Extitit quidam ex paratitis eius: qui diceret hanc xp̄ianam esse ab infantia et magicas artibus ita occupatam: vt dicat xp̄m suum sponsum esse. Audiens hec prefectus letus efficitur: et missa apparitione cum igenti strepitu suis cū tribunalibus sisti precepit. Et primo quidem blandis eam sermonibus secretius p̄monebat: deinde terroribus pulsat. Sed xp̄i virgo nec blandimento seducitur: nec terrore conturbatur: sed eodem vultu et eodem animo perseuerans et terrentem similiter et blādientem animo deridebat. ℟. Mel et lac ex eius ore suscepi. Et sanguis eius ornauit genas meas. ℣. Ostēdit michi thesauros incōparabiles quos michi se daturum repromisit. Et sāguis.

IDens Lectio. vij.

Ita q̄ prefectus tā tam in puella constantiā: parentes eius alloquitur. Et quia erant nobiles et vim eas inferre non poterat: titulum eis xp̄ianitatis opposuit. Sequēti vero die agnē sibi presentari precepit. et iterū atq̄ iterum repetens: replicare cepit de inuenis amore sermonem. Cūq̄ omnis sermo eius casso labore deficeret: sistit eā iterum suis tribunalibus iussit. Cui et dixit. Superstitio xp̄ianorū: de quorte magicis artibus iactat: nisi a te fuerit segregata: non poteris infamiā deponere pectoris: neq̄ equissimis consilijs p̄rebere cōsensum. Vnde te iam ad venerandam deā vestā p̄operare necesse est: vt si perseuerantia virginitatis placet: eius die noctuq̄ sacrificijs veneranda insistas. ℟. Jam corpus eius corpori meo sociatum est et sanguis eius ornauit genas meas. Cuius mater virgo est cuius pater feminam nescit. ℣. Ipsi sum desponsata cui angeli seruiunt cuius pulchritudinem sol et luna mirantur. Cuius mater. In. mī. noctur. Añ. Cuius pulchritudinem sol et luna mirantur xp̄i soli seruo fidem. Ps Dīc quis habita. añ Christus circumdedit me vernantibus atq̄ choruscantibus gēmis p̄reciosis. Ps Eructauit. añ. Jp̄i sum desponsata cui angeli seruiunt cuius pulchritudinem sol et luna mirantur. Ps Deus nr̄ refugi. ℣. Elegit eam deus. ℟. In tabernaculo. Lēcō septima:

DIxit beata agnes. Si filiū tuū q̄uis inquo amore veritum: tamen viuentē hominem recusaui. Vtq̄ hoiem qui est rationis capax qui et audire et videre et palpare et ambulare potest: a flore lucis cum homs perfrui. si ergo hunc amoris xp̄i causa nulla possū ratione respicere: quomodo possum ydola surda et muta sine sensu et sine anima colere: et ad imaginem sūmi dei ceruices meas vanis lapidibus inclinare? Audiens hec prefectus dīt. Cupio consulere infantie tue: et adhuc te deos blasphemantem idcirco differo: quia annos tuos infra sensum aspitio. Noli ergo temetipsum ita despicere: vt motus deorum incurras. Beata agnes dixit. Noli infantiam corporalem me ita despicere vt putes me velle te habere ppitiū. Verum qm̄ adhoc te video tendere ad quod non poteris peruenire. quicquid tibi videtur exerce. ℟. Jp̄i

sum desponsata cui angeli fu-
unt cunus pulcritudinē sol et
luna mirantur. Ipi soli suo
fidem ipi me tota deuotione
cōmitto. ℣. Dexteram meam
et collū meū cinxit lapidibus
preciosis tradidit auribus meis
margaritas inestimabiles.
Ipi solo. Lectio octaua:
Simplicianus pre-
fectus dixit. Omni
e duobus eligere festina.
Aut cum virginibus dee
uote sacrificā. aut cū mere-
tricibus scortaberis in cō-
tubernio lupanari. Beata
agnes cū igenti constan-
tia dixit. Si scires quis ē
deus meus: tu ista ex cor-
tuo non proferres. Unde
qua nom virtutem dñi
mei ihū xpi. secura cōtēp-
no minas tuas. credens
q; neq; sacrificē uolui. ne
q; polluar sordibus alie-
nis. Mecū enī habeo cus-
todem corporis mei ange-
lū dñi. Nam uigentius
dei filius quem ignoras.
murus est michi inpene-
trabilis. et custos michi ē
nūq; dormiens: q defēsor
michi est. nūq; deficiens.
Dij autem tui aut erei
sunt ex quibus tutiume
melius fiunt ad usus ho-
minū. aut lapidei. ex qui-
bus platee ad euadendū
lutū melius sternuntur.
Diuinitas ergo non i la-
pidibus uanis habitat. sed
in celis. non in ere. aut in
aliquo alio metallo: sed i
regno superno consistit.
Tu autem et similes tui
nisi ab istorū cultura rece-
seritis. similis uos pena cō-
cludet. Sicut enī illi igne
conflati sunt. ut funderen-
tur sic colentes eos perpe-
tuo incendio conflabun-
tur. non ut fundantur. sed
confundantur: et pereant
in eternū. Ad hec insanus
iudex iussit eam exspolian:
et nudam ad lupanar duci
sub uoce preconia dicente.
Agnem uirginem sacrile-
gā dijs blasphemam in-
ferentem. scortū lupanari-
bus iubeo tradi. Statim
autem ut spoliata ē: crine
resoluto. tantā dēsitatem
capillis suis gratia diuina
concessit ut melius eorū
finibus uideretur q; uel-
libus tecta. Ingressa autē
agnes turpitudinis locū
angelum dñi preparatū
ita inuenit: ut eam circum-
ret eam immenso lumine.
Cūq; se in oratione dño
subtraxisset: apparuit
ante oculos eius stola cā-
didissima. Et apprehen-
dens eam induit se: q gra-
tias egit dño. Ita namq;
ad corpusculi eius mēsu-
ram apta erat: ut nullus
ambigeret hoc angelico
ministerio preparatā. ℟.
Omnipotens adorande colē-
de tremende benedico te. Or
per filiū tuū uigentū cui
si omnias hominū impiorū q
spurcicias diaboli inpolluto
calle transiui. ℣. Te cōfiteor
labijs te corde te totis uisce-
ribus concupisco. Alia per.
Interea Lectio. ūc.
lupanar locus ora-
tionis efficitur i quo ois
qui ingrederetur adoraret.
et dans honorem deo: mū-
dior egrederetur q; fuisset
ingressus. Ita q; prefecti
filius qui tunc erat auctor
huius sceleris: uenit cum
sodalibus suis ad locum
quasi insultaturus puel-
le: cum quā ibidem sic
sperabat se posse ludibriū
exercere. Et uidens tātū
lumen non dedit honorē
deo: sed irruens in ipsum
lumen antequ uel manu
tangeret eam cecidit. et
prefocatus a diabolo ex-
pirauit. Et ingressus ui
ex sodalibus suis et mor-
tuū cū inuenens. excla-
mauit uoce magna dicēs.
Pessimam romam fugerun
te. magicas artibus: ista
meretrix filiū prefecti iter
fecit. Prefectus autē ac-
currens cum turbis: filij
sui mortis uehementer sa
tagebatur causas. Et aut
beata agnes. Ille animū vo
luntatem uolebat perficē:
in cum potestatem accepit
Qui autem tempus est
ut uirtus dñi manifestē
tur: licet fides uia hoc nō
me creatur egredimini fo
ras et pro eo orationē fi
dam. Orante autem illa
angelus dñi eleuauit eā
flentem: et iuuenem fusa
tauit. Qui egressus cepit
uoce publica clamare. Uni
est deus in celo et i terra
deus xpianorū. Dij uero
uri. qui coluntur uana sūt.
Ad hanc uocem teplorū

pontifices conturbabãtur
atq; vna voce clamabant
Tolle magum: tolle ma
leficum que et mẽtes mu
tat et animos alienat. Pre
fectus autem videns tãta
dei mirabilia obstupuit:
sed veritus proscriptionẽ
si contra pontifices tem
plorũ ageret: et agnem
contra sententias defẽsa
ret: vicariũ ad secedam
populi seditionem dereli
quit. Ipe autem tristis
recessit eo q̃ filij sui resur
rectione eã liberare nõ po
tuit. Tunc aspasius vica
rius iussit in cõspectu om
nũ ignem copiosũ accẽ
di: et eam in medio iacta
ri. Quod cũ factum fuis
set: statim diuise sũt flã
me: et hinc atq; illinc se
diciosos populos ecure
bant. ipsam vero omino
non contingebat iccẽdũ.
Ipsam autem in medio flã
marũ expansis manibus
orantem iussit aspasius
gladio feriri: atq; hoc er
itu roseo sanguims sui
rubore perfusa xpi stus
sibi sponsam et martirẽ
consecrauit. ℟ In festo
sanctorum vincenty et
anastasij. Lectio prima:
Dom apud cesar
augustanam c
uitatem: vt mul
torum fincentas q signa
ta veritatis verba tessãtur.
datiano cuidam presidi
et gentili sacrilego seuẽ
di in xpianos rabies
aspirasset: et ad domino
rũ imperatorũ q̃ suorum
iussiũ potestatem se acce
pisse gauderet: cũ anteq̃
mordere posset velut canẽ
eũ latrantem perpessa fuis
set ecclesia: contigit epis
copum gloriosissimum
virũ valerũ: cũ sacto vi
centio quem gradus dya
conij sublimabat et per
seuerantia bom deo caris
simũ fecerat: eius furor
priores occurrisse: beati
ores se in ipsa futuros cõ
fessione credentes: si sta
tim pre coquam coronã
virtutũ suarũ mentis fe
stina deuotione rapuisset
Quos considerans datia
nus in fide xpisti funda
tissimos atq; constantis
simos: a vexatione time
ris incepit fatigari: at
q; ab vrbe memorata ad
ciuitatem valentiam post
se trahi suo precepit offi
tio: ita vt suma pena car
ceris. famis inopia stri
ctore catenarũ mambus.
collo cruciabus ferri põ
dem sustinentes: per om
nes artus mortalia cor
poris supplicia paterẽtur.
Vbi siit Lco. ij:
eius impijs oculis
presentati: respiciens eos
vehementer expauit: q̃
et corpore essent incolu
mes: et mente constãtes.
Et natus custodibus di
cebat. Quid istis indul
gentiori pastu et largi
ori potu propinastis?
Et mirabatur furore ce
cis robustiores esse q̃s
deus pauerat: nascens
q̃ vinca se posse crederet
ab hijs quos fortes esse
et mente et corpore at
tendebat. Interea iã cõ
fusus in animo figebat
audatiam et quasi ad
timidos vox eius infla
ta: sic incipit. Quid a
gis inquit tu valens qui
sub nomine religionis
contra principes facis.
Hec autem dicebat epis
copo credens q̃ ceteros
facile superaret: si eum
qui caput esset ecclesie
superasset. Sed deus fe
cit eum a minori hoc est
a diacono superari: vt ad
uerteret: quid dicturus
esset ille qui in capite sa
cerdotij erat. cũ etiã cũ
leuita eius qui haberet
minoris officij ministia
superasset. Lectio tercia:
Gitur cum quasi
fortiorem se esse ex
istimat: iudiciaria predi
tus potestate: et quasi er
superiori parte vetare ce
pisset episcopũ de domi
no ihũ xpo que sunt cre
denda cum mansuetudie
respondentem: feruẽs spũ
prorupit in hanc vocem
beatus vincentius et ait
episcopo. Quid sub mur
mure verborũ mansueto
rũ superbũ alloqueris?
Exclama potius et mere
pa istũ infidelem non ci
ticolam: vt contrita rabi
es que contra suũ dñm
latrat: ipa vocis auctori
tate frangatur. Datian?
time mutatum diu se

sentat mgemuit: et ad of
fitū cū furore ait. Amo
uete epiſcopū valerium:
et hunc vincentiū appli
cate: qui rebelli aio prius
m contumeliam publicā
vent. Cumq; eſſet i eius
conſpectu applicatus ait
Admouete eum ad eculeū
et membras diſtendite: et
toto corpore diſſipate. At
vbi leuatus eſt: a cētēſus
ait ad eū datianus. Vin
centi: vbi iſtud miſerabile
corpus tuū cōſpicis? At
ille reſpondens ait. In ſub
limbus agor: et iſtos pri
apes tuos in himus ſecu
potestate fidentes altior
deſpitio. Lecho quarta:

Datianus dixit. Nul
lum erit tormento
rum genus quod tuum
pretereat corpus. Beat⁹
vincentius reſpōdit. Hoc
eſt quod ſemper optaui:
nemo michi amabilior:
nemo michi humilianor
te eſt. Tu ſolus ad voti
mei concordas. Tūc ad
hiberi ei vngulas precepit
et flammas. Quod cum
fieret: putabat eum ſibi
verba humilia reſpōſurū.

Cui vir dei vincentius di
cit. Hec eſt gloria noſ
xpi ſtiam. Liberiorē mi
chi preſtas gloriam: cū
exquiſita et acerbiora tor
menta tecū fuerint ſupa
ta. Paratus ſum xpi ſti
ſeruus ad omnia: vt dū
deuotionem meam pumi
m corpore acerbius ipſe
puniaris in mente. Cla
mare datianus cepit: et i
tortores et carnifices ſu
os ipō furore flagrare: vir
gis. fuſtibus milites ſuos
cedere: et in ipōs amplius
deſeuire. Dumq; adūſus
xpi ſeruū deuotiſſimū fe
cit: ſuos cepit miniſtros
diabolus cedere et lamare:
et eos qui in ſua erant di
tione vexare. Lecho. V.

Tunc vincentius
dixit. Quid eſt dati
ane? Si confidemus de
virtutem: ecce iam de ap
paritoribus tuis victor.
Nam quod penam meā
criſtimas vindicta ē. Ad
hec martyris verba ſūma
voce datianus cepit ifre
mere: et rabido ore cum
dentium ſtridore anhela
re: vt oſtenderet pfidia

ſe potius cp̄m iuſticia dei
martyrem lacerare. Tor
mentaq; ceſſere carnifices
et fatigata torquentiū
manus: dum per latera
pendet: victa deficit. Et
palluit in torquentibus
vultus: ac ſudoris mul
lo liqueſcentia membra
ta tabuerunt: anhelum
feſſis pectus ertabuit: vt
probarent ſeipſos potius
inter ſancti martyris tor
menta torquere. Ipſius
quoq; datiani facies mul
o pallore turbata: a qua
ſi amens effecta: cōfuſis
oculis cepit eſſe directa.

Vnc ait Lcō. vj.
a cuſtodibus et
facta et dicta datiano.
Quę audiens datianus
cunctis effectus ac pal
lidus: et ipſe ſibi male cō
ſcius: in ſe cepit ſentire
ſupplicia que in dei fa
mulū ſeuiebant. Et qm
ex ore fallentis ratio egre
ditur: vt auctorem pum
at falſitatis: tandem vo
ces et ſi mutata ſimpli
citate prorupit. Et quod
aut huic amplius faci
mus qui ſumus i oibus

quecūq; fecimus victi?
Transferatur ad lectulū:
ſtramentiſq; molliorib:
fulciatur. Nolo eū glo
roſiorem facere ſi inter
tormenta defecerit. Fer
tur ad lectulū gaudentiū
manibus et letantiū hu
meris: qui corpus eius
omne lambebant: cum lo
ri ore portatur: necnō eti
am eorū qui in ipius fu
erant graſſati ſupplicijs:
obſequijs vtitur banlor
Probatus dei famulus c
tiam inimicorum meruit
ſeruitutem. Statim qp
vt eſt in lectulo poſitus:
oranis perrexit ad dominū
perfectam ſecum martyr
banulam palmam. Quē
ideo continuo xpi ſtus ac
cepit ne diceret cum dia
anus ſua inſultatione ſer
uatum. Pro ſcō anaſtaſi

Oſtq; o. Lcō. vij.
Imperator: ifidelis
ſibi non diſparem pmi
cipem: et alios nōnullos
ad interficiendū dei mar
tyrem anaſtaſiū: et plu
mos alios xpianos capti
nos tranſmiſit. Qui mā
datis obſequentes beatū

anastasiū cū alys fere sep
tuaginta xp̄icolis extra
villam bethsalees: i qua
erat carcer: extractos uir
ta fluuiū p̄eceperunt er
pom: ac deinde omnes si
gillatim inter quos et su
p̄dictos duos xp̄icolas
qui et vinctum abeuntē
cesaream beatum anastasiū
comitati fuerant iusserunt
spectante xp̄i martyre rel
tibus suffocari. Et singu
lo quoq; eorum interem
pto: beato anastasio dice
bant. Quare vis sic vn⁹
horū male perire: et nō
potius vt vivas acquies
cere imperatoris acceptis
honoribus sicut vnus no
strum in palatio esse: vt
neq; huius vite dulcedi
ne frauderis: nec acerbe
mortis fato interim p̄e
capiaris? At xp̄ush victo
riosissimus martyr velut
iam sui desiderij compos
omnipotenti deo gratias
offerens: ad hec respōdit.
Pro xp̄usto equidē amo
re a vobis membratim
concidi optarem. Verū
si huiusmodi quem et
vos minarum obitus me
commanet: gratias deo
meo merear istis repli
co: qui me fiorū martyrū participem gl̄orie di
gnatus est facere tā par
uo supplicio. Lecto. viij
Is dictis gloriosis
simus dei martyr be
atus anastasius trāsito
ria vita huiusmodi ter
mino limitata voti com
pos. gaudij plenus. imar
cessibili bravio coronatus:
ad verum eternamq; vitā
que xp̄us est merces per
uenire. At postq̄ eū suf
focauerunt: p̄ciosissimū
caput eius abscederunt.
Demū bullam accipien
tes que vinculis superin
serat imperatori secū de
uexerunt. Sellarius ita
q; qui vt p̄libatum est
xp̄ianus atq; custos car
cens aderat corpus beati
martyris vt cognoscabile
esset semotū volunt collo
care: sed hec questiona
rij hebrei scilicet existētes
immane permiserūt. Co
gnoscentes vero filij iesu
dim transitū gloriosissi
mi martyris puerq; eor:
quia cum ipse ad marty
rium duceretur: p̄sentes affuerant: precipiti
tamite illuc statim con
curserunt superspectisq;
eius manibus cum reco
gnoscentes maximū pō
dus argenti p̄fatis que
stionarijs clanculū obtu
lerunt: At ipi eius post
ea deferendi corpus licē
tiā p̄buerūt. Lectō. xj.
Sequenti igit̄ noc
te quidam monā
chus de cenobio beati ser
gij martyris comitatib;
pueris filiorū iesdim: et
quibusdam monachis
qui ibidem aderant ad
tollendum sacratissimū
corpus secretissime venit.
Cūq; illuc venisset inuent
quidem canes iterfector
corpora comedentes. cor
pus vero beati anastasij
seorsum iacens penitus
intactū. Preciosa cū in
conspectu dñi: mors sāc
torū eius et custodit oīa
ossa eorum vnū ex hys
non conteretur. Corpus
igitur beati martyris in
uolutum preciosis linthe
is a filijs iesdim datis de
uexerunt: atq; i monaste
rio beati martyris sergij
posuerunt. Victoriosissim⁹
est imperatori: qui beatū
virū leombus iussit su
bijci. Sed fere mansue
te facte: pedibus marty
ris ad lambendū se mol
liuerunt. Videntes au
tem scelerus mīnistri: tu
lerunt de medio sanctū
martyrem. Et venerūt
contra ciuitatem p̄ene
stinam vbi sunt due co
lūne: et ibi eū cum gla
dio percusserunt: sub die
quintodecimo kalendā
rū septembrū. Corpus
eius nocte sublatum est
a xp̄ianis: et positū mil
iario primo a ciuitate in
agro in sarcophago no
uo: nutu diuino ibi m

uento. In sctōrum martyz
thymothei hypoliti t sim
phoriani. Lectio pma:

DOme via hosti
lis natale sāc
ti thymothei.
Qui ab antiochia ven
iens romam: sub melchi
ade papa susceptus est:
Qui cum annū totum t
aliquot menses ibi pre
diceret. multos ad xp̄m
conuertisset: tentus p
tarquimo vrbis prefec
to. et longa carcere cas
todia maceratus: cū sa
crificare noluisset: tertio
cesus. et grauissimis sup
plicijs attrectatus: ad vl
timū decollatus: et iuxta
beatū apostolū paulum se
pultus est. Scriptū est
in hystoria sctī siluestri.

In festo sancti bartho
lomei apli. Lcō pma:

BArtholomeus a
postolus nomen
est hebraicum siue syrum
filius suspendentis aquas.
Lycaoniam in sorte pre
dicationis accepit: atq;
euangelium iuxta matheū
apud indos i corr lingua

conuertit. Ad vltimum
m albano maioris arme
me vrbe vniens a barba
ris decoratus: atq; p uil
sum regis astragis decol
latus est: sicq; terre cō
ditus. Demente[s] aut[e]
innumerabiles ppli duo
decim ciuitatū: qui per
cū crediderant: vna cū
rege polemio abstulerūt
eum cū hymnis & omni
gloria: et construxerūt
ei ecclesiā nimie magni
tudinis: & in ea posuēr
corpus eius. Factus est
aut[e] timor sup omnes
mercdulos: et crediderūt
vniuersi atq; baptizati
sunt. Presbiteris quos or
dinauerat beatus bartho
lomeus. Ascte postēp i ly
caonia quam i sortem
predicationis acceperat
xp̄m deum predicauit.
ad modos etiam vt p̄missum est sua predicatione
extendit: atq; eū gelii
iurta matheum in cor
lingua conuertit. Pas
sus est autem venerabil[is]
apostolus et martyr xp̄i
bartholomeus octauo
kalendas septembris:

regnante dño nro ihū
xp̄o. cui est honor & glo
ria cum deo patre et spi
ritu sancto i secula secu
lorum. Amen

¶ In festo sc̄i ludouici .ff.
regis francie. Lcō p̄ma:

Beatus ludo
uicus quon
dam rex fran
corum illu
stris: patrem habuit re
gem xp̄ianissimū nom
ine ludouicū. Hic de albi
gesio. et comitatu tholo
sano hereticos debellauit
et hereses extirpauit: et
dum reuerteretur in frā
ciam migrauit ad xp̄m.
Puer ergo sancte indo
lis patre strenuissimo
sic orbatus: sub tutela
matris videlicet blance

regime: quondam regis
castelle filie remansit.
Quem ipa tenerrime di
ligens. sub cura specia
lis magistri: et consor
cio religiosorū maxime
ordinis fratrū minorū
et predicatorū in mori
bus et sacentia litterarum
tradidit imbuendū. Lcō. ij.

a

Cui velut alter sa
lomon puer inge
niosus. et bonā sortitus
animam: supra coetane
os suos profecit valde
laudabiliter in vtriscq;.
Cuius sanctitati cōgau
dens pia mater: pluries
dicebat eidem. Pruis vel
lem te charissime fili mo
rtem incurrere corporale:
q̄ per aliquod peccatum
mortale te tuū offendere
creatorem. Quod vbi
deuotus filius i animo
suo sic firmauit: q̄ diui
na se protegēte gratia:
nūq̄ se sensisse letalis cri
minis contagium pha
betur. Lcō. iij:

Cum de prouidētia
matris ac peerū.
ne tam nobile regnum
regulo successore careret

vrorem duxit: de qua sus
ceptam prolem generosā
vir sanctus sūmopere stu
duit educare ad amorem
dei. cognitionem sui. et
contemptum: salutaribus
monitis et exemplis. Et
quando sibi secreto vaca
re poterat. eos personali
ter visitans. et de eorum
profectu requirens: velut
alter thobias dabat eis
monita salutis: docens
eos super omnia timere
deum: et ab oi peccato
mortali abstinere. Lc. iij.

Certa quoq; de ro
sis. seu alios capel
los eos portare sertis flo
ribus prohibebat: propter
coronam spineam tali die
impositam capiti salua
toris. Et quia sciebat q̄
in deliciis castitas: et in
diuiciis pietas. et in ho
noribus humilitas peri
clitari solet: ideo sobrie
tati. humilitati. et mise
ricordie animum dedit.
Ab insidijs mūdi carnis
et diaboli. solliciate custo
diens semetipm et exem
plo apostoli corpus suū
castigans. et in seruitu

tem redigens: castiga
tione multiplici suo spi
ritui seruire cogebat. Lc.

Multo namq; v.
tempore cilicio
vtebatur ad carnem: et
quando propter nimiã
debilitatem hoc dimitte
bat ad instantiam ppri
confessoris: volebat q; re
confessor quasi in recom
pensatione pro qualibet
die quadragita solidos
parisiensium pauperib;
secreto erogaret. Jeuna
bat omni tẽpore certis
feriis: et maxime in ad
uentu. et in quadragesi
sima hys diebus a pisca
bus et fructibus absti
nebat. Vigilys. laboribus.
orationibus et alys se
cretis abstinentijs et di
sciplinis: ingiter se affli
gebat. Lcõ. vj:

Quod nũ virtutũ cul
tos et decor humili
tas a deo refulgebat ĩ eo:
vt q̃to maior erat: velut
alter dauid tanto humi
lius se gerebat coram deo:
et in oculis suis vilior ap
parebat. Quo hbet nãq;
sabbato consueuerat in
loco secretissimo: quozi
dam pauperum pedes
manibus pedes abluere:
et deinde tergere et hũili
ter osculari: similiter in
manus cuuslibet certã
summam pecunie tribuẽdo.
Plures etiam centumu
gurti pauperibus: qui i
curia sua omni die refici
bantur habunde i diebz
solempnibz. ac quibusdã
certis diebus per annum:
anteq; ipe comederet ma
nu propria fercula mini
strabat. Lcõ. vij.

Semper etiã in pri
dio tres senes pau
peres prope se recũbẽtes
habebat: quibus de absi
bi appositis charitatiue
mittebat. Et quandoq;
cum scutellas aut aplos
vidit quos xpi pauperes
manibus contrectabant.
precipue offas quas libẽ
ter comedebat: vt et ipse
inde gustaret rea spoztan
precipiebat. ac xpm in
pauperem in suis paupe
ribus honorando. de cor
reliquijs sic comedẽ non
abhorrebat. Scarleto
aut etiam brunetto. aut

vnidi. seu alia veste pom
posa vti nolebat: nec pel
libus varijs aut minũ
sumptuosis: maxime post
q̃ de partibus transma
rinis redijt prima vice.

Deinceps Lcõ. viij.
Itaq; in singulam
de virtute in virtutem
proficiens: ad perfectio
nem omnimodam vite
peruenit. Nullus enim
enarrare sufficeret. q̃ pia
super pauperes et afflic
tos gestabat viscera: ho
spitalia construens. egẽ
tibus distribuens. lep
rosis horribilibus manu
propria seruiens: mlta si
etiam domos et monaste
ria religiosorũ cõstruẽs:
et eisdem largas elemosi
nas et prouentus ipen
dens. Demens eñ sepe
ad domos in quibus ia
cebat infirmorũ multi
tudo pauperũ: nullam i
firmitatem vel ĩmundi
ciam abhominans eis
interdũ fleris gemibus
ministrabat. Lcõ. x.

Eadem post mul
torum articula
temporum. mala terre

sancte non sustinens: ai
natribus et filijs q copi
oso exercitu. iterato mare
transiens. deuenit tum ad
adiacentem regionem
feliciter occupauit. Ubi
finis tentorijs post laudi
bilũ virtutũ opera: dispo
nente deo qui labores su
os voluit feliciter adipisci
et fructum ei tribuere glo
riosum: lecto decubuit. ac
febre continua fatigatur.
Et post documenti facti
suo primogenito et i scri
ptis tradita: ingalescente
morbo. sana mente. integro aspectu et auditu: di
cens psalmos. sanctos i
nocentis: susceptis deuotis
sime sacramentis: sup stra
tum cinerum. in modum
crucis extensus dicens. in
manus tuas dñe cõmẽdo
spiritũ meũ: migrauit ad
xpm. Hic sanctissimus
princeps migrauit ad ci
elum. in exitu sci bar
tholomei apostoli: anno
dñi millesimo ducentesi
mo septuagesimo.

In
festo sci zepherini
pape et mris. Lc. j.
Ephrem natu

one romanus ex patre a
bundio sedit annos no
uem: menses septē: dies
decem. Fuit autem tem
poribus antonini et se
ueri: a consulatu saturi
nini et gallicani vsq; ad
presentem et strigatum
consules. Hic fecit cōsti
tuū de ecclesia: q patenas
vitreas teneri precepit an
te sacerdotes astantes cū
misse celebrarentur: excep
to q̄ uidā episcopi inter
est tantū. ñ clerus sustine
ret omnibus presenti
bus ex ea consecratione
de manu episcopi: iam
cōmunionem cōsecutā
acciperet presbiter tradē
dam populo. Hic fecit
ordinationes septē: per
mensem decembrū: pres
biteros quatuor decī. dia
cones septem. episcopos p
diuersa loca numero tre
decim. Qui etiam sepul
tus est in aurelio suo
iuxta aurelii caluti vi
a appia septimo kalen
das septembres: et cessa
uit episcopatus dies ser.
In festo scti augustī
episcopi et cōf. ac eccle
doctoris. Lectio prima:
Mediolanensis depo
sitio sancti augu
stini episcopi. Et
pronuntia ergo hic aphri
cana ciuitate tagastensi
de numero ciuiū: pa
rentibus honestis q xpi
ane progenitus: ab ipsis
q; ac nutritus eorū cura
ac diligentia: ipse insuper
secularibus litteris eruditus apprime. omnibus vi
delicet discipulus ibutus
quas liberales vocāt. Hāc
et grāmaticā puer i sua
ciuitate. et rethoricā in
aphrice capite carthagi
ne postea docuit: cōsequē
ti etiam tempore trāsma
re in vrbe roma et apud
mediolanū. In qua vr
be tunc episcopatum ad
ministrabat acceptissim⁹
deo: et moribus optimus viris
preclarissimus sacerdos
ambrosius. Hui⁹ interea
vrbi dei predicatoris fre
quentissimis ī ecclesia
disputationibus assīs
in populo: intendebat
suspensus atq; attonitus.
Et factū Lectō. ij.
est diuina presti
te opitulatione: vt per
illum tantum ac talem
ambrosiū: et doctrinam
salutarem ecclesie catho
lice et diuina perciperet
sacramenta. Mox q; ex i
timis cordis ac medullis
spem omnem quā habe
bat in seculo dereliquit.
Jam non vxorem. nō fi
lios carnis. nō diuitias:
non honores seculi que
rens: sed deo cum suis
seruire statuens: et cum
his qui eidem adhērēbāt.
deo viuebat: nequitiis ora
tionibus. bonis operib:
in lege dñi meditans die
ac nocte: et de hijs que
sibi deus cogitāti atq; o
ranti intellecta reuelaut:
et presentes et absētes ser
monibus atq; libris docē
bat. Factum est autem vt
ordinaretur presbiter in
ecclesia hyppone nisi oīb:
id vno consilio et desiderio
perfici petentibus: magno
q; studio ac clamore flagi
tantibus. Mox ibi mo
nasterii intra ecclesiā in
stituit: et cum dei seruis
viuere cepit: secundum
modū et regulam sub sāc
tis apostolis constitutā:
maxime vt nemo pprīū
quicq̄ in illa societate ha
beret: sed eis essent oia cō
munia: et distribueretur
vnicuiq; sicut opus erat.
Interiecto Lēo. nj:
autem tempore sēdō
episcopo id valerio agēte:
omnibus gratulantibus
atq; id fieri ingenti desi
derio clamantibus: episco
patū suscipere suo viuēte
episcopo compulsus est
atq; coactus: atq; ita fac
tū est: vt episcopus ordi
natus multo instantius
ac ferentius maiori auc
toritate verbum salutis e
terne alacriter pullulante
ac crescente domini eccla
predicaret. Obiit autem
in clericatu vel episcopatu
annis fere quadraginta.
Etatis vero illius anno se
ptuagintaser. Verbū dei
vsq; ad extremam egritu
dinem īpetermisse: ala
criter et fortiter et sana
mente. sanoq; consilio. ī
ecclesia predicauit. Hēbris omnibus suis corpo
ris membrorum. integro as
pectu atq; auditu: et a

stantibus atq; videntib; fratribus suis et oratib; obdormiuit ai patribus suis: enutritus in senectute bona. Testamentum nullum fecit: quia vnde faceret pauper dei non habuit. Tertio obsidionis mense. nam cautas eius quatuor: decim mensibus conclusa et obsessa est. a vuandalis alanis. aliisq; commixtis gentibus: decubuit febribus et illa vltima est extinctus egritudine. Hic beatus episcopus augustinus spiritu diuino tactus: in sancta ecclesia catholica ad istructionem animarū fecit libros. tractatus. epistolas. numero mille triginta: exceptis que numerari non possunt: quia nec numerū designant corā. Huius corpus venerabile primo de sua ciuitate propter barbaros sardiniam translatū: nuper a luitprando rege lōgobardorū dato precio magno ticini relatū: et honorifice conditum est.

Sermo sancti augustini episcopi. Lectio quarta.

Mantati vestre de nobis sīpis hodie ſmo reddendus ē. Quia cū vt ait apostolus: spectaculū facti sumus mundo. et angelis et hoībus: qui nos amant querunt quid laudent in nobis: qui autem nos oderunt: detrahunt nobis. Nos autem in vtroq; medio constituti: adiuuante dño nostro. et vitam nostram et famā nostrā sic custodire debemus: vt nō erubescant de detractoribus laudatores. Quomodo autem viuere velimus: et quomodo deo propitio viuimus. ex quibus de scriptura sancta multa nouistis: tamen ad cōmemorā dos vos. ipa de libro actuū apostolorū vobis lectio recitabitur: vt videatis vbi descripta sit forma quam desideratis implere. Dū ergo recitatur vos intentissimos esse volo: vt post eius recitationem. quod instituo loquar dño donante intentionem vestre. Lcō. v.

Cum lazarus diaconus legit. Cū orasset

motus est locus vbi erāt congregati. Et repleti sūt omnes spiritu sancto: et loquebantur verbum dei cum fiducia omni volēti credere. Multitudinis aūt erat credentiū aia vna et cor vnū: et nemo eorum que possidebat aliq̄d suū esse dicebat: sed erāt illis omnia cōmunia. Et quidem virtute magna reddebant apostoli testimoniū resurrectionis dñi ihesu: gratia q; magna erat super omnes illos. Neq; ēi egens quisq; fuit inter illos. Quotquot enī possessiones prediorum vel domorum erant: vendentes afferebant precia eorū et ponebant ante pedes apostolorum. Distribuebatur enī vnicuiq; prout opus erat. Lcō. vj

Cum lazarus diaconus recitans codicem episcopo tradidisset augustinus episcopus dixit. Et ego legere volo. Plus enim me delectat huius verbi ee lectorem: q̄ verbi mei disputatorem. Cūq; orasset

sent in quit motus ē locus vbi erant congregati: et repleti sunt omnes spiritu sancto: et loquebantur verbum dei cum fiducia verbum dei omni volenti credere. Cūq; episcopus legeret dixit Audistis quid velimus: orate vt possimus. Contingit autem quedam necessitas: vt hec diligētius agere. Quoniam sicut in nostris presbiter in nostra societate constitutus quasi societati testimonium perhibet lectio quā modo cum recitaremus audistis: monens testamētū fecit: quia habebat vnde faceret. Et erat quod diceret suū: cum in ea societate viueret: vbi nemini licebat dicere aliquid suū: sed esset illis oīa cōmuna. Lectio. vij.

Si quis dilector: et laudator noster apud detractorem nostrū predicaret istam societatem: et diceret cum episcopo augustino sic viuunt omnes cohabitatores ei⁹ quomodo scriptum est in actibus apostolorū: continuo ille detractor caput

monens. dentes promo
uens diceret. Ita vere si
ibi viuūt quomodo viuu
tur. Quare falsa laude ho
noras indignos? Nōne
ibi in domo mea cōiū socie
tate positus presbiter te
stamentū fecit: et quod
habuit quomodo voluit
disposuit et reliquit? Nū
quid certe ibi sunt oīa
cōmuna? Aut certe nemo
dicat aliquid suū? Sub
hys verbis quid ageret
ille laudator meus? Nō
ne os eius quasi plumbo
opilaret ille detractor?
Nonne illū laudasse pen
teret? Nonne reuerentia
perfusus: et illius sermo
ne confusus idem nobis
vel testator illi maledi
ret? Hec fiunt necessitas
vt ad hanc indigentiaz
veniremus. Lēō. vij:

Dntio ergo vobis
ynde gaudeatis.
Omnes fratres et conde
scipulos meos qui mecū ha
bitant: presbiteros. dya
cones. et subdiaconos. et
patriciū nepotem meū:
tales inuem quales deli
derau. Sed quia de sua
qualicūq; paupertate: qđ
statuerunt nondū fecerit
hy duo scilicet valēs dy
aconus: et paulo ante
dictus nepos meus sub
diaconus: et matris vitā
impediebat. quia ide vi
uebat: et expectabatur i
illo etiam legitime eta
tis accessus: vt qđ face
ret firmissime faceret. Nō
dum autem facat: quia
tpōs agellos habet cum
fratre suo cōmunes: et
pro indiuiso possidētur
Sic autem eos cupit ec
clesie conferre: vt inde
alantur siu que sunt in
proposito sanctitatis: q
usq; in hac vita degent.
Scriptū est enī: et hoc
apostolus loquitur. Si
quis autē suis et maxi
me domesticis non pro
uidet: fidem negat: et in
fideli deterior est. Adhuc
autem et manapia sunt
ei similiter cum fratre cō
muna nondum diuisa
Disposuit ea manumit
tere: et non potest aliq̄
diuidantur. Que enim
ad ipm pertineāt adhuc
ignorat. Lectio. ix.

Dpm sane qui
maior est timet
diuisio: et ad fratrē elec
tio: et ipe frater eius deo
seruit. Subdya conuis est
cum sancto fratre meo et
coepiscopo seuero in eccle
sia mlibitana. Hoc agit
per sine dubitatione per
agendū est: vt illi seruu
li diuidantur et manumit
tantur: et sic det ecclesie:
vt eoī accipiatur alimē
tum. Nepos autē meus
er quo cōuersus est et me
cum esse cepit: impedie
batur et ipe aliquid de a
gellis suis agere vite vsu
ano matris sue: que hoc
anno defuncta est. Inter
ipm autem et sorores eius
sunt quedam cause i xpi
aduitorio ato finiende:
vt et ipe faciat quod dei
seruū decet: quod ista p
fessio et ista exigit lectio.
In festo scē hermetis
martyris. Lēō prima:

Natalis beatissi
mi hermeti mar
tyris. Hunc il
lustrissimum beatus ale
xander pontifex et martyr:
cum esset prefectus vrbis
rome baptizauit cum: cū
vxore et filys ac sororе
theodora. Cūq; eo pari
ter mille ducentos qui
quaginta seruos eius:
vxores quoq; et filios eo
rū: primus in genuitate il
lis concessa. Non multo
post ab aureliano impetato
re trusus in carcere: beato
etiam alexandro i custo
dia posito tribuno quin
no cōmendatur. Qui di
xit ad beatum hermen.
Que ratio est vt vir illu
stris vite sacra iudicans:
non solum ad illam iu
riam redigi velis: verum
etiā prefecture honore m
unicipalis tanq̄ primatus:
in honorari te equanimi
ter feras. Lectio ij:

Anctus hermes a
it. Ego prefecturā
non perdidi sed mutaui.
Nam dignitas terrena a
terrenis tollitur ac muta
tur. Dignitas vero celes
tis: eterna sublimitate sū
fulcit. Dicat ei quirinus.
Miror te prudentem vi
rum ad tantam stultitiā
deuenisse: vt credas extra
istam vitam te aliquid

habiturū: postꝙ cineres
corporis ita ad michilum
redigantur: vt nec ista
subsistant ossa. Cui bea
tus hermes. Et ego ante
hos annos illos debebā
et istā carnalē vitā vilē
esse dicebam. Lectio. iij:

Dixit quirinus. Et
me fac probare: vt
si ita est sicut tu dicis: hi
et ego credam. Beatꝰ her
mes dixit. Sanctus a
lexander qui habetur in
vinculis: hec me docuit.
Audiens hec quirinus
cepit maledicere alexan
dro: et dixit ad beatū her
men. Ego te rogaui dicēs:
fac me probare iuste te
credidisse: et tu michi no
minasti hominē magum
quem in vinculis habeo:
et in carceris ymo cōclu
sum. Si verū est ergo
quod dicis vado ad eū:
et triplicabo illi vincula
et custodes. Si potuerit
hora cenandi venire ad
te: credam que docuerit.

Dixit Lectio. iij:
itaq; quirinus et
triplicauit vincula: et cu
stodes posiuit. Primo igi
tur noctis initio: vidit pu
er qui videbatur esse non
amplius quinq; annorū:
ferens faculam ardentē
in carcerem. Et flectens
genua sua cum beato ale
xandro orauit: dicēs ora
cionem dominicam. Et
apprehendens manū eius
duxit per fenestrā. et per
duxit eū ad beatum her
metem in domū quirini.
Quirinus hec factum vi
dens exterritus ē. Lō. v.

Dixit beatus her
mes quirino. Ecce
nos vides in vnū: quos dimisi
custodys manicipatis. Ca
sa vero cur ego crediderim
sancto alexandro ista est.
Domeus cum michi esset
filius in primo languore
positus: qui adhuc ambu
labat ad litterarū studia:
hic in capitolio cū esset
ductus ad me: mater sua
et ego cū sacrificaremus
diis: et pontificibus pre
mia dedissemus: mortu
est. Tunc increpare me
cepit nutrix eius dicens.
Si cū ad limina sancti pe
tri duxisses: et credidisses
xpō: filiū tuū in columen
haberes. Cui ego respōdi.
Dum tu ipsa cecā sis fac
ta. et non sis curata: q̄
modo filiū meū redder
in columen? Si añ istos
inquit quinq; annos ca
didissem xpō: redditi mi
essent oculi. Lectio. vj:

Odi dixi. Vade et
crede. Et si tibi o
culos aperuerit alexāder:
credam q̄ et michi reddat
filiū meum. Abiit ad ipz;
cecā: et ecce reuersa ē ad
me sana. Imponensq;
humeris filium meum
mortuū cucurrit: et iac
tauit eum ante pedes ale
xandri. At ille oratione
facta: resuscitauit eum.
Et ego confestim mi si
me ad pedes eius: et ro
gaui me fieri xpiſhanū.
Patrimoniū vero matris
eius ipi contuli: aliquan
ta etiam de meo addidi.
Cetera vero aut pauperi
bus erogaui: aut seruis
meis qui mecum facti
sunt xpiani dedi. Hec et
his similia cum egissem
carea quirinū beatus her
mes: credidit cum omni
domo sua et baptizatus
est. Aurelianus audita hec
audiens dictauit in vlti
mo sententiam: vt beatus
hermes puniretur. Qui
decollatus a beata sorore
sua theodora collectus: vi
a salaria vetere non lon
ge ab vrbe roma: sub die
quinto mensis septēbris
sepultus est.

In decollatōe sci iohānis
baptiste. Capla. hymn. Ihs.
iuxta. añ. noct: psal. et Re
lre. dicūtur de vno martī
re. Sermo sancti iohānis
os aurei. Lectio prima:

Odie nobis io
hannis virtꝰ
herodis feritas
cum refertur:
confusa sunt viscera: ordi
tremuerunt caligauit vi
sus. hebuit intellectus:

aufugit auditus. Aut
quid constat in sensibus
humanis: quando prodi
dit virtutum magnitudi
nem criminū magnitudo?
Herodes inquit tenuit io
hannem: et alligans po
suit eum in carcerem. Jo
hannes schola virtutum.
magisterii vite: sanctita
tis forma norma iustitie:
virginitatis speculū pu
dicitie titulus: castitatis
exemplum. penitentie via.
peccatorū venia. fidei dis
ciplina. Johannes maior
homine. par angelis. le
gis summa. euangelii sanc
tio. apostolorū vox. silētiū
propheterum lucerna mū
di. precursor iudicis. xpi
mediator. dñi testis. toa
us mediis trinitatis. Et
hic tantus datur iciunio.
traditur adultere. addica
tur saltatrici. Merito er
go confusa sunt viscera
corda tremuerūt. Ry. Mi
sit herodes et manus et tenuit
iohannem et vinxit eū in car
cerem. quia mechabat eū pro
pter herodiadem. Quam tule
rat fratri suo philippo vxorē
Ry. Arguebat herodē iohānes
propter herodiadem. Quā
tulerat fratri suo. Lō sequa.

IT vero herodes pro
phanauit templū.
sacerdotiū sustulit. cōfu
dit ordinem. temerauit
regnū. corrupit quicquid
erat religionis. quod le
gis. quod vite. qđ moris.
quod fidei. quod disci
pline. perdidit et confudit.
Herodes sicarius i cives.
in nobiles latro. i socios
populator: i domesticos
predo. plebis interceptor.
occisor: filiorum. in extra
neos homicida. i propin
quos parricida. mebrians
terram cruore: insiti san
guinis permanebat. Hoc
est q iohannis sanguinem
piū: in poculo crudelita
tis absorbuit. Sed ista
lectio iam loquatur. He
rodes inquit tenuit et alli
gauit iohannem. Qui vi
cula soluerat peccatorum:
peccatorū vinculis alliga
tur: vt vincta vena. locū
venie nō relinquat. Alli
gauit eum et posuit i car
cerem. Herodes tu adulte
rū facis: et incarcerē vi
dit iohannes? Sic iudi
cas sedens i loco iudicis
reus: sed in loco iudicis
innocentie persecutor. Re
Johannes baptista arguebat
herodem. Propter herodiadē
quam tulerat fratri suo ve
nienti vxorem. Ry. Missio he
rodes speculatore precepit a
putari caput iohannis in car
cere. Propter hero. Lō. iij.

EGo vbi rerū fa
ces. vbi forma. v
bi pudor. vbi existimatio
publica cognitoris. vbi re
us. vbi homo. vbi fas. vbi
lex. vbi ipius nunc nature?
Simul omnia sunt hero
des te agente. te iubēte. te
iudicante cōfusa. Tenuit
inquit iohannem: et alli
gans posuit in carcerem.
Herodes te petit causa. te
arguit vincula. te carcer
accusat. te vulgat produ
cta in publicam penā. Jo
hannes immunatur. Cau
sam custodie qui requirit:
in te mouent quod pium
at. et in iohanne quod de
leat. Johannes orbi no
tus. in fama virtutis co
gnitus. celebratissimus
sanctitate: dū attrahit ad
se inquisitores immun-
dicie:
facit vt amicus tuus in
notescat incestus. Agit
vt te habeat confusio pu
blica: quem corrigere nō
valet secreta correptio et
priuata. Re. Puelle saltā
ti imperauit mater. Nichil
aliud petas nisi caput iohā
nis. et contristatus est rex
propter iusiurandū. et propter
simul discumbentes. Ry. Aut
puella matri sue quid petā.
at illa dixit. Nichil aliud
petas nisi caput iohannis.

HEroem Lō. iij.
iohānes montis
non accusatione pulsa
uit: vt pote amator casti
tatis: quem corrigi vo
luit non perire. Sed he
rodes fucabus libidinis
ardens: perire maluit qm
redire: et vxorē fratris
illicite possidere: et pla
cere captiuis criminum.
Innocentie inimicas: o
diosa fit semper libertas
Nam virtus cōtraria est
vicioris: sacrilegis ero
sa sanctitas: immica ca
stitas impudicis: corru
ptis integritas pena: lu
xuriosis aduersa fruga
litas: crudelibus dum

semper miserecordia: impius pietus non ferenda Probat hoc euangelista cū dicat. Dicebat iohānes herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Ecce vnde iohannes offendit: ecce vnde herodes furit. Malos qui monet offendit: incurrit odiū qui arguit erroneos. Dicebat iohānes quod erat legis: qd erat iusticie: quod erat salutis: certe quod erat non odij sed amoris. Ecce qualē consecutus est ab impio pro pietate mercedē: volens mquit occidere cum timuit populū. ℟. Justus germinabit sicut lilium. Cui reliquus per ordinem de vno martyre. Lectio. v.

Acie demata iustitia: qui in causis non deum sed hominem formidat. Huic peccādi differtur facultas: si nō auferatur voluntas. Vnde etiam quos suspendit a crimine audiores reddit ad crimen: et estuat animo quousq; pficiat qd cogitat malū. Solus enim dei est timor qui nocētes corrigit fugat crimina: innocentiam seruat: perpetem tribuit facultatem. Sed audiamus ipsam iohannis baptiste passionē Dic mquit natalis herodis saltauit filia ipius herodiadis in medio triclinio et placuit herodi et ombus amicis eius: et iureurando pollicitus ē dare ei quodcūq; postulasset ab eo. At illa premonita a matre: da michi inquit in disco caput iohānis baptiste. Lectio. vj:

Hec est mulierantiqua malicia: que adam eicit de paradisi delicijs. Hec celestes homines facit terrenos: hec vitam abstulit mundo: propter vnus arboris pomū: hec humanū genus mersit in infernū: hec malum ducat hominēs ad mortē. Hoc malū fugit hester proplexta. Et cuius lingua dauus facta est ceci: tanquā reus fugit a facie muliens. Hec mouent verū laborē et pressuram: que nūc occidit iohannem baptistā. Hec excecat puericiā: pervidit iuuentutem: illicit et inquietat senectutem. Premonita a matre sua: da michi inquit in disco caput iohānis baptiste. Libidine ebrians miscetur incestu: et extinguit lucernā mundi. Tunc contristatus est rex vehementer: tamē propter iusiurandū et recūbentes iussit dari: misitq; spiculatorem et decollauit iohannem. Et allatum est caput eius in disco: et datum est puelle: puella autem dedit matri sue. Audisti fratres q̄lta sit nata de voluptate crudelitas: de libidine ipietas. Allatū est caput iohannis in disco: qui salutaria monita dabat incestu. Nō sanguinat in cauea: in aream vertitur domus: fūt de pransoribus spectatores: mutatur furore conuiuiū: fit cibus cedes. Finis apponitur natali: mortu exhibetur occasus. Conuiuiū mutatur in lamadiū: organa vertuntur in fimus: tragedie personant seculorū. Inuitat bestia non puella: querit caput amputare non saltare. Discurrit fera nō femina: aspergit rubas per ceruices nō capillos: anfractibus dilatat membra: seuitia crescat augmentis: fit grandis crudelitate non corpore. Et singularis fera vsq; dū capiat predam: fremit ore: dentibus frendit: ferrū nō sitit capit sed producit. Premonita mquit a matre sua. De matris peccato dans mugitū abscidit caput. corpus reliquit truncū. Noua belua que contēpta corporis preda: caput ipm truncatum pfualit. Lectō sci euangelij secdm matheū. Lectio. vij:

In illo tēpore: audiit herodes ac tenuit iohannem et vinxit eū in carcerem: propter herodiadem vxorē philippi fratris sui: quia duxerat eam. Et reliqua. Omelia sancti augustini epi. Dum euangelium legeretur: crudele spectaculum ante oculos nostros constitutum est.

Caput sancti iohannis i
disco feralis misit crudeli
tas: propter odiū veritā
tis. Puella saltat: sicut
mater: et inter delicias et
lasciuias cōuiuantium te
mere iuratur: et impie qđ
iuratur impletur. Factū
est iohannis: quod ipe pre
dixerat. Illum oportet ac
scere duerat de dño: me
autem minui. Iste minu
tus est in capite: ille cre
uit in cruce. Odiū pepit
veritas. Non potuit equo
animo tolerari: quod ho
mo dei sanctus monebat:
qui vtiq; salutem eorum
querebat: quos sic mone
bat. Responderūt illi ma
la pro bonis: Quid enim
ille diceret. misi quo plen'
erat: Et quid illi respōde
rent misi quo plenerant?
In triticū seminabat: sed
spinas inuenit. Dicebat
regi. Non licet tibi habere
vxorem fratris tui. Ome
bat regem libido: tenebat
apud se prohibitam vxo
rem fratris sui. Sed cum
tamen sic habebat: vt nō
seuiret. Honorabat eū: a
quo verū audiebat. Sed
detestabilis mulier odium
conapiebat: qđ aliquan
do dato tempore pareret.
Quando parturiebat?
Quando peperit filiam:
et filiam saltatricē. Le. viij.

Iret ille qui sanc
tum virum hēbat
iohannem: qui eum pro
pter deum timebat. Et si
non obediebat: postq; ab
illo petitū est caput iohā
nis in disco: contristatus
est. Sed propter iurati
onem et propter recūben
tes: misit speculatorem:
et impleuit quod iurauit
Ammonet nos locus iste
charissimi: vt propter vi
tam et mores nostros ali
quid de iuramento tacea
mus. Falsa iuratio non
est leue peccatum. Immo
tam magnū est peccatum
falsum iurare: vt propter
reatum falsę iurationis:
dñs prohibuerit omnem
iurationem. Ait enim.
Scriptum est nō periu
rabis: reddes autem dño
iuramenta tua. Ego au
tem dico vobis nō iurare
omnino: nec per celū q;
thronus dei est: neq; per
terram. quia scabellū pe
dum eius est: neq; aliud
quodcūq; iumentum.
Neq; per caput tuū iura
veris: quia non potes fa
cere capillū vnū album
vel nigrum. Sit autē
sermo vester: est est. non
non. Si quid amplius
est: a malo est. Lectō: xx.

Nemmus autem
in sanctis scripturis
ipm dominum iurasse:
quando ei vsq; ad immo
lationem dilecti filij obe
diuit abrahaam: locutus
est ei angelus de celo di
cens. Per memetipsum
iuro dicit dñs: quia obe
disti voci mee et non pe
perasti filio tuo vnigeni
to propter me: misi bene
dicens benedicam te: et
implens implebo semen
tuū sicut stellas celi. et sic
arenam maris: et benedi
centur in semine tuo om
nes gentes. Item q; in
psalmis: vere de deo i xpo
sum prophetatum est.
Iurauit dñs et nō penite
bit eum: tu es sacerdos i
eternū secundum ordinē
melchisedech. Cū ergo
dñs iurauerit: quare do
minus xpūs suos iurare
prohibuit? Dico quare:
non q peccatū sit verū
iurare: sed quia grande
peccatum est falsum iu
rare. Longe est a pecca
to falsum iurandi qui
ommno non iurat: pro
pinquat autē falsę iura
tiom: qui vel verū iurat.
Dñs ergo qui iurare pro
hibuit: supra ripam no
luit te ambulare: ne pes
tuus in augusto labatur
et cadas. Sed dominus
mquis iurauit. Securꝰ
iurat: qui mentiri nescit.

In festo sācte sabine
martyris. Lectō prima:

Ome in aventi
no in oppido vi
dimensi ad arcē
tiustim: beatissime et il
lustrissime sabine marty
ris: que fuit vxor quon
dam preclarissimi valen
tim: et filia herodis metal
lary. Que passa est adri
ano imperante sub prefec
to elpidio. Hanc beata
virgo seraphia cū in do
mo eius conuersaret: p
suasit in fide dñi nostri

ihũ xpi. Que postmodũ
eandem virginem vsq; ad
locum passionis secuta ẽ
Cui p̃ses herillus dixit
Quid tibi ipsi devegas:
aut quare temeritatem vi
lem reddis? Aut cũ re non
consideras que es. aut cu
ius filia es? Cõmunesh
cũ te xpianus. Noli oblita
es natalis tui: et memo
riam tanti viri cuius vxo
risti: et deorũ quoz irã
vereo: ne mauras. Red
ire magis ad domũ tuã:
et dimitte hanc nephãdã
que maleficijs te et plu
res demutauit a deorum
cultura. Lcõ. xi

Beata sabina respõ
dit. Justus facte pu
elle de qua dicis maleficijs:
vtinam et tu suasus essel.
sicuti et ego suasa sum: et
ab imũdis profecto rece
deres ydolis: et verum ac
certissimũ agnosceres deũ:
qui bonos ad eternã vitã
vocat: et malos in pnã
relinquet perpetuã. Qd
p̃ses audiens reuertit
illam dimisit. Vt vero be
ata seraphia gloriosissi
mo martyrio coronata ẽ:

illustrissima sabina col
ligens reliquias eius: ce
lebratis venerabilib; eius
obsequijs: vt thesaurum
sempiternũ vel margari
tam pretiosam reposuit
in monumento suo: qõ
ipa sibi cum sũmo orna
tu fecerat. Lcõ. xi.

Deinde interpositis
aliquot diebus:
comperiens sabina apud
dioclecianum p̃sentatur. Quam
ille videns dixit. Tu es i
quit sabina vxor quon
dam valentini illustris
sime memorie: et filia
herodis? Cui sancta ma
trona respondit. Ego sũ.
Et gratias ago domino
meo ihũ xpo: qui me pe
catricem per sanctam fi
mulam suam seraphiã.
de multis sordibus. ydo
latrie demonũ liberare
dignatus est. Cõmotus
est postmodum prefectus:
et cũ videret i confessione
xpi constantiam eius. se
tentiam dictauit dicens.
Sabinam diis [illegible] iobe
dientem: dominos quo
qz augustos nostros blas
phemantem gladio per

sua me ce seductam

cussi decernimus: atq;
omnes facultates eius
publicas fiscalibus desigua
ri. Dicta ei beatẽ religi
osissima famula xpi sa
bina. quarto kalẽdas
septembris: et a xpianis
corpus eius sublatum se
pulti est in monumẽto:
vbi ipsa venerabiliter re
posuerat magistram fidei
sue seraphiam ad aram
fusthm: iuxta aream
i oppido vindonesi.

In festo scoz martyrũ
felicis et adaucti. Lcõ. p.

Bome via hosti
ensi miliario se
cundo ab vrbe:
beatorum martyrũ felici
et adaucti: sub diocletia
no et maximiano imperato
ribus: prefecto et iudice
draceo. fuerunt autem
duo fratres nomine et ope
felices: ambo presbiteri.
Quoz semoz hic felix: qui
ex missione imperatorum
iam ad secretariũ iudicis
esset perductus iuxta tem
plũ serapis: dũ ageretur
ad sacrificandum. ex suf
flauit in faciem statue e
re: et statim cecidit. Itẽ

ductus ad statuã mercu
rij in alia edicula: simili
modo illam exsufflauit:
et mox cecidit. Item ad
simulachrũ diane: quod
pari modo dirupit. Lcõ. xi.

Deductus ad prefec
tum imponitur e
culeo: et inquisitus qui
bus maleficijs hec fecis
set: beatus felix respon
dit. Non maleficijs de
aboli: sed beneficijs om
nipotentis dei mei hec e
gi. Furore itaq; accensus
prefectus: misit cũ duq
extra vrbem via hostiensi:
qua illic arbor excellẽtis
sima stabat demonibus
consecrata: iuxta quem
templũ erat: vt ibi ad
sacrificandũ ipellereturr.
Quo perductus oratione
facta dixit ad arborem.
Precipio tibi i nomine
dñi ihũ xpi vt radicitus
corruas: ac templum et
simulachrũ vel ara eius
funditus cõmuas: vt
amplius cultu tuo am
me non decipiantur. Que
statim ad verbum ipius
uta euersa est: vt et tem
plũ et simulachrũ com

mnueret: et quod fuerat amplius nō appareret. Qō cum nunciatum fuisset p̄fecto. statim misit eū decollari: et corpus eius inhumatum lupis et ca mbus derelinquī. Lec. iij.

Data sentēcia obui ci fuit quidam vir xp̄ianus: hominibus quidam absconsus: deo vero manifestus. Hic cū diuidisset q̄ beatus felix dux fuisset ministus: cepit clamare et dicere. Et ego ex eadē lege sū: et ipsum quem hic sanctus p̄sbi ter confitetur dñm ihesū xp̄m colo. Mox et ip̄e ab officio p̄fecti comp̄ehē sus: pariter dato sibi ob culo cum beato felice de collatus est. Huius no men quia non inuenerūt xp̄iam. quod modicum ad fructum: postea adau ctum cum vocauerūt: co q̄ sancto felici martyri auctus sit ad coronam: ipsiq; profidei cōfessione corona sit aucta. Christi anitiq; hos inuenētes ibi in eodem loco vbi ar bor steterat: que eadem

mmam altitudinē terre aperuerat. eos sepliuerūt. Quorū corpora volētes pagani inde effodere: cū manus apposuerūt statī a diabolo arepti sūt. Ubi postea pacis tempore ba silica fabricata est: a mar tyrū memoria digne et culta. Compleuerūt aūt martyriū suū tertio ka lendas septembris

In vigilia natiuitatis beate marie virginis. Ad matutinas. Inuitatorium.

Natiuitatem virginis mariæ celebremus. Xp̃m

ci filiū adorem⁹ dominū.
℣. Dēte exulte. ꝑm⁹.
Quem terra pōtbus.
In primo nocturno. ant⁹.
Benedicta tu in mulierib⁹ et benedictus fructus vēt⁹ tui. ℣. Dñe dñs nr. añ.
Sicut murra electa odorē dedisti suauitatis sancta dei genitrix. ℣. Eli enar. añ.
Ante thorū huius virgis frequentate nobis dulcia cātica dragmatis. ℣. Dñs est terra. ℣. Spēs tua.
Incipit cātica cāticor salomonis. Lectō. prima:
Osculetur me osculo oris sui. Quia meliora sunt vbera tua vino: fragrātia vnguentis optimis. Oleum effusum nomen tuū: ideo adolescentule dilexerūt te. Trahe me post te: curremus in odorem vnguētorū tuorū. Introduxit me rex in cellaria sua. Exultabimus et letabimur in te: memores vberū tuorū super vinū. Recti diligunt te. Nigra sum sed formosa filie ierusalē: sicut tabernacula cedar. sicut pelles salomonis.

Nolite me considerare quod fusca sim: quia decolorauit me sol. Filij matris mee pugnauerunt contra me: posuerūt me custodem in vineis. Vineā meam non custodiui. Indica michi quē diligit anima mea vbi pascas: vbi cubes in meridie: ne vagari incipiam post gregēs sodaliū tuorū. ℟. Hodie nata est beata virgo maria ex progenie dauid. Per quā salus mundi credentib⁹ apparuit cuius vita gloriosa lucem dedit seculo. ℣. Natiuitatem beate marie virginis cum gaudio celebremus. Per quam solus. Lectō. ij
Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres: egredere et abi post vestigia gregum tuorum: et pasce edos tuos iuxta tabernacula pastorū. Equitatui meo in curribus pharaonis assimilauī te amica mea. Pulchre sunt gene tue sicut turturis: collū tuū sicut monilia. Corenulas aureas faciemus tibi: vermiculatas argento. Dum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum. Fasciculus murre dilectus meus mihi: inter vbera mea cōmorabitur. Botrus cypri dilectus meus mihi: in vineis engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea ecce tu pulchra: oculi tui columbarū. Ecce tu pulcher es dilecte mi: et decorus. Lectulus nr floridus: tigna domorū nostrarū cedrina: laquearia nostra cypressina. ℟. Beatissime virginis marie natiuitatem deuotissime celebremus. Vt ipsa p nobis deprecetur ad dñm ihm xpm. ℣. Cū iocunditate natiuitatem beate marie virginis deuotissime celebremus. Vt ipsa.
Ego flos campi: et lilium conuallium. Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna siluarū: sic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quem desideraueram sedi: et fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellam vinariā ordinauit in me charitatem. Fulcite me floribus: stipate me malis: quia amore langueo. Leua eius sub capite meo: et dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filie ierusalem per capreas cernosque camporū: ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam: quoadusque ipsa velit. Vox dilecti mei. Ecce iste venit saliens in montibus: transiliens colles. Similis est dilectus meus capree hynuloque cernorū. En ipse stat post parietem nostrū respiciens per fenestras: prospiciēs per cancellos. ℟. Gloriose virginis marie ortum digne recolamus. Cuius dñs humilitatem respiciēs angelo nunciante cōcepit saluatorem mundi. ℣. Beatissime virginis marie natiuitatem celebremus. Cui.
In secundo nocturno. añ.
Species tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. ℣. Eructauit. añ. Adiuuabit eā deus vultu suo: deus in medio eius non commouebitur. ℣.

Deus noster refugium. ant. Sicut letantiũ omniũ nostrũ habitatio ẽ i te sancta dei genitrix. ℣. Fluenta eius. ℣. Adiuuabit. Sermo sancti augustini epi. Lectio. iij.

Dest nobis dilectissima optatus dies beate ac venerabilis semperq; virginis marie. Ideo cũ summa exultatiõe gaudeat terra nrã: tante virginis illustrata natalib. Hec est enim flos cãpi: de qua ortum est preciosum liliũ conualliũ: per quẽ pars tũ mutatur natura prothoplaustoũ: qua delect⁹ et culpa. Peccatum est in ea illud cue infelicitatis eloquiũ: de quo dicatur in tristicia paries filios: q; ista in letitia dñm partuiuit. Eua cũ luxit: ista exultauit. Eua lacrimas. maria gaudiũ in ventre portauit. quia illa peccatorem: ista edidit innocentem. Virgo quippe genuit: quia virgo concepit. Inuiolata peperit: quia in conceptu libido non fuit. Vtrobiq; mira

culũ. Et sine corruptiõe gignunda: et in partu virgo puerpera. ℣. Natiuitas gloriose virginis marie ex semine abrahe orta de tribu iuda clara ex stirpe dauid. Cuius vita inclita ecclesias. ℣. Hodie nata est beata virgo maria ex progenie dauid. Cuius vita. Lectio. v. sancti

Ite inquit angelus ad eam: gratia plena dñs tecũ. Im. ergo pleta est maria gratia: et cui gratiata est a culpa. Maledictio eue: in benedictionem mutat⁹ marie. Ave gratia plena dñs tecum. Tecum dñs in corde. tecũ in ventre. tecum in vtero. tecũ in auxilio. Gratulare beata virgo: xpũs ex eo ho suo. venit in vterum tuũ. Ex sinu patris: in uterũ dignatus est descẽdere matris. Benedicta tu in quit in mulieribus: que vitam et viris q; mulieribus peperisti. Mater generis nostri penam intulit mundo: genitrix dominum nostri salutem

attulit mundo. Auctrix peccati eua: auctrix meriti maria. Eua occidendo obfuit: maria viuificando profuit. Percussit illa: sanauit ista. Pro inobedientia cũ obediẽtia cõmutatur: fides pro perfidia compensatur. ℟. Cũ iocunditate natiuitatem beate marie celebremus. Vt ipa pro nobis intercedat ad dñm ihm xpm. ℣. Corde et animo xpo canamus glorie hac sacra solempnitate p̃ celse genitricis dei marie. Vt ipa pro nobis. Lectio sancti

Eta igitur maria gestat infantem: exultans amplexatur filiũ: portat a quo portabatur. Nec fortuito vt fingũt fabellam reppert parulum: sed decursis nouem mensibus peperit xpm. Plaudat nunc organis maria: et inter veloces articulos tympana puerpere concrepent. Concinuant letantes chori: et alternantibus modulis dulcisona carmina misceantur. Audite igitur: quemadmodum tympa

nistra nrã cantauerit. Ait enim. Magnificat anima mea dominũ: et exultauit spiritus meus in deo saluatori meo. Quia respexit humilitatẽ ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potẽs est et sanctũ nomen eius. Causa igitur tante salutis mundescentis erat maiestatis nostri. Nouꝰ marie partus partum eue enutrit: et eue planctũ marie cantus exclusit. ℟. Natiuitas tua dei genitrix virgo gaudium annunciauit in vniuerso mundo. Ex te enim ortus est sol iustitie christus deus nr̃. qui soluens maledictionem dedit benedictionem et confundens mortem donauit nobis vitam sempiternam. ℣. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Ex te. Jn. iij. nocte. ant. Gaude maria virgo cũctas hereses sola interemisti in vniuerso mundo. ℣. Lãtare. J. ant. Speciosa facta es et suauis. in deliciis tuis sancta

dei genitrix. ℣. Dñs regnauit cultet. ℟. Post partum virgo inuiolata p manifestu. dei genitrix intercede pro nobis. ℣. Sancta te. ij. ℣. Elegit eam deus.

In festo sancti euangelij secundum matheū. Le. vij.

Liber generationis ihū xpi filij dauid filij abraham. Abraham autem genuit ysaac. ysaac autem genuit iacob. Et reliqua. Omelia sancti hieronimi presbiteri.

Ysaia legimus. Generationē eius quis enarrabit? Nō ergo putemus euangelistam prophete esse contrariū. vt quod ille impossibile dixit affatu: hic narrare incipiat: quia ibi de generatione diuinitatis: hic de incarnationis dictū. A carnalibus autē cepit: vt per hominem deū discere mereamur. Filij dauid. filij abrahā. Ordo preposterus: sed necessario cōmutatus. Si cū primū posuisset abrahā et postea dauid: rursus ei repetendus fuerat abraham: vt generationis series texeretur. Ideo autē ceteris pretermissis hoc filiū nūcupauit: quia ad hos tantū facta est de xpo repromissio. Ad abraham: in semine tuo benedicentur omnes gentes: quod est xpūs. Ad dauid autem. de fructu ventris tui ponā super sedem tuam. ℟. Beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi dñs magna qui potens est et sanctū nomen eius. ℣. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Quia. Le. viij.

Dadas autē genuit phares et zaram de thamar. Notandum in genealogia saluatoris nullam sanctarū assumi mulierū: sed eas quas scriptura reprehendit: vt qui propter peccatores venit: de peccatoribus nascens omniū peccata deleret. Unde et in consequentibus mab meretrix. et ruth moabitis ponitur: et bersabee uxor vrie. Naason autē genuit salmō.

Iste est naason princeps tribus iude: sicut inuenimus legimus. Joram autem genuit oziam: ozias autem genuit ioatham. ℟. Felix namq; es sacra virgo maria et omni laude dignissima. Quia ex te ortus est sol iustitiae xpūs deus nr. ℣. Ora pro populo interuenit pro clero intercede pro deuoto femineo sexu sentiant omnes tuum iuuamen qui caq; celebrant tuā sanctam natiuitatē. Quia.

In quarto Leō. ix. regum volumine legimus de ioram. ochozi am fuisse genitū. Quo mortuo ⁊ athalia filia regis ioram sororo ochozie tulit ioas filiū frīs sui: et cum interfectorum que crescebatur ab athalia sb traxit cū successit i regnū filiū eius amasias. Post quē regnauit filius eius azarias q̄ appellat ozias: cui successit ioathā filius eius. Certus ergo q̄ sm fidē hystorie tres reges i medio fuerūt qs hic euangelista ptermittit. Joram quippe nō genuit oziam sed ochoziam: et reliquos quos enumeramus. Verum quia euangeliste propositum erat tres thessere de ea dē in diuerso statu tempor ponere: et ioram se genuisse mentiebatur impiissime ieiabelis: ideo usq; ad tertiam generationē eius memoria tollitur: ne in sancte natiuitatis ordine poneretur. Infra octauam natiuitatis beate marie nouē quotidie legūt lectiones. In primo nocturno de canticis. In hebdomada de sermone sancti augustini episcopi. In tertio de omelia sci hieronimi presbiteri: et semper scripturam p̄mo. ℟. De ortu. Xo fit eo die quo cadit: etiā si occurrerit i dñicis: que habet hystoriā p̄mo ponēdā. De festis infra octauam occurrentibus mdū penitus agitur: sed pacta octaua celebrātur. dēpto festo circumcisionis sce crucis: qō infra octauā eo die quo occurrit celebratur. Pro prima die infra octauā natiuitatis bte marie. De canticis canticorū. Le prima.

Ecce dilectus meus loquitur mihi Surge propera amica mea. formosa mea et veni. Jam enim hyems trāsiit: imber abiit et recessit. Flores apparuerunt in terra nra: tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: vinee florentes dederunt odorem suū. Surge propera amica mea speciosa mea. et veni: columba mea in foraminibus petre: in caverna macerie. Ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis: et facies tua decora. Capite nobis vulpes parvulas: que demoliuntur vineas: nā vinea nostra floruit. Lcō. ij.

Dilectus meus mihi et ego illi: qui pascitur inter lilia donec aspiret dies. et inclinentur umbre. Reuertere similis esto dilecte mi. capree hynnuloq; cernorū: super montes bether. In lectulo meo per noctes quesiui: quem diligit anima mea. Quesiui illum et non inuenī. Surgam et circuibo ciuitatē: per vicos et plateas querам quem diligit anima mea. Quesiui illum et non inuenī. Inuenerūt me vigiles: qui custodiunt ciuitatē. Nū quem diligit anima mea vidistis? Paulū eū pertransisse eos. inuenī quem diligit anima mea. Teneā eum nec dimittam: donec introducam illum i domū matris mee: et in cubiculū genitricis mee. Adiuro vos filie ierusalem per capreas cervosq; camporū: ne suscitetis neq; evigilare faciatis dilectam donec ipa velit. Lcō. iij.

Quę est ista que ascendit per desertū sicut virgula fumi ex aromatibus myrre & thuris: & vniuersi pulueris pigmentarij? En lectulū salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis israel: omnes tenētes gladios: et ad bella doctissimi. Omnis vir super femur suū: propter timores nocturnos. Ferculū fecit sibi rex salomō: de lignis libani. Columnas eius fecit argenteas: reclinatorium aureū: ascensum purpureū media charitate constravit. propter filias ierusalem. Egredimini filie syon: et videte regem salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua: in die desponsationis illius: et in die letitie cordis ei.

De sermone sci augustini episcopi. Lectio quarta.

Eamq; post illius benedicibilis prefagium: dū tacita secū virgo mentis alterationē conflingeret qualis esset ista salutatio: nūtius interum celestis exequit. Ne timeas maria inuenisti enī gratiam apud deū. Ecce concipies in vtero et paries filiū: et vocabis nomen eius ihesum. At illa. Quomodo iquit fiet istud quoniā virum non cognosco? Et angel⁹ ad eam. Spiritussanctus aut superuenet in te: et virtus altissimi obūbrabit tibi. Jam audisti quomodo fiet hoc: respōde nūc verbū vite. Audisti quomodo fiet hoc: quia spiritussanctus superuenet in te: vt prolem gignas et virginitatem non amittas: filiū profetas: et post partū incorrupta permaneas. Lcō. v.

Beata maria: secundum omne captiuū. tuū deprecatur assensum. Te domina mūdus sue fidei obsidē fecit. Hodierni virgo: nūtio festinanter respōde verbū: et suscipe filiū. Da fidē: et senti virtutem. Ecce inquit ancilla dñi: fiat mihi secundum verbū tuū. Nec mora reuertit nūtius: et virginalē thalamū ingreditur xp̄us. Efficitur subito p̄gnās beata dei genitrix: & cūcta per secula predicatur hec felix. Concipit mox ad credulitatem verbi: virilis ignara cōsortij. Impletur vterus: nullo humano pollutus amplexu.

Extat maria virgo cum concipit: virgo grauida. virgo cū parit: & virgo post partum. Preclara ergo illa virginitas: et gloriosa feconditas. Exultat maria et matrem se leta miratur: et de spū tu sancto se peperisse gaudet. Nec quia peperit nupta creditur: sed quia genuerit cū exultatione miratur. Lectio.vj.

Audeamus ergo et nos fratres in die tante virginis: que dum desponsaretur fabricauit celi cuplit architecto. Pmittitur enim ei filius: per visitationem sancti spiritus. Nec illa audiēs gaudet: capitq; effici mater. Quid igitur mirum si sine corruptione nascat qui de sanctificatione cōcipitur? Nō enim decebat vt ille qui nobis afferebat salutem: matri preriperet integritatis dignitatem. Nam qui terram manu eloq; non capitur: intra vnius corpusculi membra finitur. Hec est illa nouitas iheremie prophete vatici mo prenūciata. Fiet inquit nouū dñs super terram: femina circūdabit virum. O femina super femnas benedicta: que virū omnino non nouit: et virū suo vtero circūdedit. Circumdat virū maria angelo fidem dando: quia cum perdidit virus serpenti consentiendo. Initium sancti euangelij: Secundum mathei. Lcō.vij.

Liber generationis ihū xpi filij dauid: filij abraham. Abraham autem genuit ysaac. Ysaac autem genuit iacob. Et reliqua. De omelia sancti hieronimi presbiteri.

Post transgressionem babylonis ieconias genuit salatiel. Si voluerimus ieconiam sine prime tessere decadis ponere: in sequēti nō erunt quatuordecim sed tredecim. Sciamus ergo ieconiam proorem ipsius et quem et ioachim: secundum autem filiū non patrem. Quorū prior p.k. 7. m. sequens p c. 7. n. scribitur: quod scriptorum vitio et longitudine tē porū apud grecos latinosq; confusum est. Jacob autem genuit ioseph. Hoc loco obiicat nobis iulianus augustus dissonantiam euangelistarū: aut euangelista matheus ioseph filiū dixerit iacob: et lucas eum filiū heli appellauerit: nō intelligens consuetudinē scripturarū: quod alter secundū naturam. alter secundū legem ei pr̄ sit. Cimus Lcō.viij: cum hec per moysen domino iubente preceptū vt si frater aut proximus absq; liberis moriatur fuerit: alius eius accipiat vxorem ad suscitandū semen fratris vel proximi sui. Super hec et africanus temporū scriptor: et eusebius cesariēsis libros apophomas euangeliorū plenus disputant. Nobis ergo innuere ostendere: quomodo ioseph secundū mathei dicatur genuisse iacob. qui deducat per salomonem: secūdū lucā vero heli. qui deducitur per nathan. Ish vtiq; id est iacob et heli q̄ erant duo fratres: habentes quidem patres vnus nathā. alius vero mathat ex diuerso genere venientes: et vtiq; ipi ioseph aui ei videntur. Lectio.ix.

Est ergo modus ille. Mathei et mathat diuersis temporibus: de vna eademq; vxore cum ea nomine: singulos filios procreauit: qua mathā qui per salomonem descendit: vxorem eam primus accepit: et relicto vno filio iacob nomine defunctus est. Post cuius obitū: qñ lex viduā alij viro non vetat nubē: mathat qui per nathan genus duxit: cum esset ex eadem tribu sed non ex eodem genere: relictam mathe accepit vxorē: ex qua et ipe accepit filium: nomine heli. Propterquod ex diuerso patrū genere efficiūtur iacob et heli: fratres vterini. Quorū alter id est iacob. fratris heli sine liberis defuncti vxorem ex mādato

legis accipiens: genuit
ioseph: quē natiua qui
dem generis sui filium
appellat. Propter qō
scribitur. Jacob autem
genuit ioseph. Secūdū
autem legis preceptum
lxiv efficitur filius: cui
iacob qua frater erat.
vterem ad suscitandum
semen accepit. Hec autē
non a nobis ad subitum
reperta aut absq; vllis do
ctoribus cōmentata sūt:
sed ipi hec saluatoris no
stri secundum carnē pro
pinqui: studio tanti se
nnms demonstrādi seu
docendi: que secundum
veritatem gesta sūt tra
diderunt. Pro secūdo die i
fra octauā natiuitatis de
cantico canticorū. Leō. j.

QUam pulchra
es amica mea: q̄
pulchra es: oculi tui columbarū absq; eo
quod intrinsecus latet.
Capilli tui sicut greges
capraru: que ascenderūt
de monte galaad. Dētes
tui sicut greges tonsarū
que ascenderunt de laua
cro. Omnes gemellis
fetibus: et sterilis nō est
inter eas. Sicut vitta
coccinea labia tua: et elo
quium tuū dulce. Sicut
fragmen malipunice ita
gene tue: absq; eo quod
intrinsecus latet. Sicut
turris dauid collū tuū:
que edificata est cū pro
pugnaculis. Mille cly
pei pendent ex ea omnes
armaturā fortiū. Duo
vbera tua sicut duo hīnu
li capree gemelli: qui pa
scuntur in lilijs donec aspi
ret dies: et inclinētur
vmbre. Lcto. ij:

VAdam ad montem
murre: et ad collem
thuris. Tota pulchra es
amica mea: et macula
non est in te. Vem de li
bano sponsa mea: vem
coronaberis de capite a
mana. de vertice sanir et
hermon. de cubilibus le
onū: de montibus par
dorum. Vulnerasti cor
meū soror mea sponsa:
vulnerasti cor meum in
vno oculorū tuorum: et
in vno crine colli tui. Ecce
pulchre sunt mamme tue
soror mea sponsa. Pul
chriora sūt vbera tua vi
no: et odor vnguentorū
tuorū super omnia aro
mata. Fauus distillans
labia tua sponsa: mel et
lac sub lingua tua: et o
dor vestimentorū tuorū
sicut odor thuris. Leō. iij.

HOrtus conclusus
soror mea sponsa:
hortus conclusus fons si
gnatus. Emissiones tue
paradisus malorū pum
corū: cum pomorū fructi
bus. Cypri cum nardo.
nardus et crocus: fistula
et cynamomū cū vniuersis
lignis lybani. Myrra et a
loe cum omnibus primis
vnguentis. Fons hortorū.
puteus aquarū viuentiū:
que fluūt impetu de lyba
no. Surge aquilo et ve
ni auster: perfla hortum
meū: et fluent aromata
illius. Veniat dilect⁹ me
us in hortū suū: vt come
dat fructū pomorū suorū.
Veni in hortum meū so
ror mea sponsa: messui
murram meam cum aro
matibus meis. Comedi
fauū cum melle meo: bi
bi vinū meū cum lacte
meo. Comedite amici et
bibite: et inebriamini cha
rissimi. Ego dormio: et
cor meū vigilat. De ser
mone sc̄i augustini epi
VAlutat pri. Leō. iij.
angelus puellā.
viri salutationis ignarā
Terretur virgo nouitate
verborū. Ad quam ange
lus quod supra premisi
mus dicit. Ne timeas ma
ria: inuenisti enī gratiam
apud dīm. Ne inquit a
conspectu meo: mater dīn
mei terreatis. Ego cōcep
tionis tue minister adue
ni: non vt virginitatem
amittere interuenī. Ipe
me misit ad te: qui ē na
sciturus ex te. Concipies
enī et paries filiū: non au
tem quilibet meriti hominem:
sed totius seculi saluato
rem. Recole maria in li
bro psalmorum prophete: virgi
nem quam pānturā legi
sti: et gaude atq; exulta.
quia tu sola esse meruis
ti. Tu enim ibi prefigu
rata es virgo. Tu ecce
concipies in vtero: non
de viro. sed de spiritu sāc
to. Et paries filiū: et i

corrupta manebis. Pa
nes quidem filiū: a vir
ginitatis non patieris de
trimentū. Efficaris gra
uida: et eris mater sem
pitherni. Senties pōdem
ventris et pudorem non
perdes castitatis. In tu
mescent vbera tua: et in
tacta manebunt gemi
lia tua. Letō. v.

Ancilla dñi: fiat
mihi secundum verbū
tuū. O felix obedientia.
o insignis gratia: q̄ dū
humiliter fidem dedit: cui
in se opifex corporaut
Impleuit in ea dñi quod
dudum prędixerat obedi
entiam volo plusq̄ sacri
fitiū: et scientiā dei plus
q̄ holocausta. Hęc fiut
vere obedientia omni sa
crificio gratior: hęc volū
tas cunctis hostijs accep
tior. Hinc promeruit
gloriam: quā ipsa post
modum plausit. Ecce a
ut er hoc beatā me dicent
omnes generationes. O
beata maria: quis digne
tibi valeat una gratiaꝝ
et laudum precōma ipē
dere: que singulari tuo
assensu mūdo succurristi
perdito? Quas tibi lau
des singilitas humana
generis persoluet: que
solo tuo cōmertio recupe
randi aditum inuenit?

Capx itaq; Lc. vj.
quasiāq; mentis
tuus impares gratiarum
actiones: et cum suscepe
ris vota: culpas nostras
curando excusa. Admitte
preces nostras in tra sa
crariū exaudtiones: a re
porta nobis antidotum
reconciliationis. Sit p
te excusabile quod per te
ingerimus: sit impetra
bile: quod fida mēte pos
cimus. Accipe quod offe
rimus: et dona quod ro
gamus: et excusa quod
timemus. Sancta ma
a succurre miseris: iuua
pusillanimes. refoue fle
biles. Ora pro populo i
teruem pro clero: intercede
pro deuoto femineo se
xu. Sentiant omnis tuū
iuuamen: quicunq; cele
brant tuū natalē. Assiste
parata votis poscentium:
et repende oibus optatū
effectū. Sit tibi studiū
assidue exorare pro plo
ro. que meruisti benedic
ta precium ferre mundi:
qui vnit et regnat in se
cula seculorum. Amen.
Sancti euangelij se
cundum mathēū. Lc. vij.

Liber generationis
ihū xpi filij dauid
filij abraham. Abraham
genuit ysaac. ysaac autē
genuit iacob. Et reliq̄.
De omelia sci hieronimi
presbiteri.

Genuit ioseph: vi
rum marie. Cū vi
rum audieris: suspitio
tibi non subeat nuptiarū:
sed recordare consuetudi
nem scripturarū. q̄ sponsi
um et sponse vocētur vxo
res. De qua natus ē ihe
sus: qui vocatur xpūs.
Pulchre nō de quibus
sed de qua posuit: vt de so
la virgine fine semie ma
ritali natum demonstra
ret. Q autem primum
dicat. de qua natus ē ihe
sus. ac deinde sequitur.
qui vocatur xpūs: pro
prīū nomen id est ihūs
primū ponit: quod ante
conceptū eius ab angelo
nuntiatū est. Deinde
cōuenienter aptat. q̄
in pontificib; et regib;
prius in ymagine prece
debat. Hoc est xpūs: vt il
le in quo hoc duo nomina
mistice conuenerunt. di
stingueretur a ceteris: q̄
in figura eisdem nomini
bus. sed diuisim nunci
pati precesserūt. Lcō. viij.

Erum illi quoma
breue tempus vite
huius. xpi appellabātur
ad solam veri xpi ymagi
nem conseruandā: cuius
compositione quadam
mistica consecrati. olea ta
men huius quod iter nos
haberi solet materia per
ungebantur. Verus aūt
xpūs qui de celo venerat.
et cui omnia precedebāt
que gesta fuerant: non
humanis opibus quesi
ta assumpsit vnguenta:
sed nouo ac singulari pa
terno spiritu infusus et
vnctus xpūs efficitur: si
cut multis ante seculis
de eo vates ysaias predi
xerat. et persona patris
dicens. Spūs domini

super me: eo q̄ vnxit me:
euangelizare pauperib;
misit me: predicare ca
ptiuis remissionem et
cecis visum. Lectio. ij:

DOn solum ysaias
diuinus predixit
oraculis: sed et dauid si
militer inspiratus testa
tur de xp̄o: dicens ad ip;
xp̄m. Sedes tua deus in
seculū seculi: virga equi
tatis: virga regni tui.
In quibus vbis primo
quidem eū deū esse dicit
designat: secundo vero p
equitatis virgā: sceptrū
in eo regale cōmemorat.
Post vero etiam qualiter
xp̄us effectus sit iudicat:
dicens q̄ vnctus sit a deo:
non oleo cōmuni: sz oleo
letitie. Oleo vero letitie
in sacris voluminibus:
intellectu mistico spūsā
ctus designatur. Sed de
pontificatu eius. idē di
cit aliomodo archanius
designat eloquijs: tanq̄
ex persona dei patris de fi
lio pronūcians. de vētre
inquit ante luciferū ge
nui te. Iurauit dñs: nec
penitebit eū: tu es sacer
dos in eternū secundum
ordinem melchisedech.

℣. Pro tua die ihu octa
uā nauitatis bē virgis
de cātico cāticoꝝ. Le. prima.

VOx dilecti mei
pulsantis. Aperi mihi soror
mea. amica mea, īmacu
lata mea: quia caput me
um plenū est rore: et cin
cinni mei guttis noctiū.
Expoliam me tunica mea
a: quomodo induar illa?
Laui pedes meos: quō i
quinabo illos? Dilectus
meus misit manū suam
per foramen: et venter
meus intremuit ad tac
tum eius. Surrexi vt a
perirem dilecto meo. Ma
nus mee distillauerunt
murram: et digiti mei ple
ni murra probatissima.
Pessulum hostij mei ape
rui dilecto meo: at ille
declinauerat atq; transi
erat. Anima mea liquefa
cta est: vt dilectus lo
cutus est. Quesiui q̄ nō
inuenī illū: vocaui q̄ nō
respondit mihi. Inue
nerunt me custodes qui
circueunt ciuitatē: per
cusserunt me et vulnera
uerunt me: tulerūt pal
liū meū custodes murorū.

DIuro vos Leō. ij.
filie ihrusalem: si
inueneritis dilectū meū
vt nūtietis ei. q̄: amore
langueo. Qualis est di
lectus tuus ex dilecto. o
pulcherrima mulierum?
Qualis est dilectus tuus
ex dilecto: quia sic adiu
rasti nos? Dilectus meus
candidus et rubicundus:
electus ex mlibꝫ. Caput
eius aurum optimum:
come eius sicut elate pal
marū. nigre quasi corui.
Oculi eius sicut columbe
super riuulos aquarum
que lacte sunt lote: q̄ resi
dent iuxta fluenta plenis
sima. Bene illius sicut
areole aromatū. consite
a pigmentarijs. Labia
eius lilia distillantia mur
ram primam. Leō tertia

MAnus illius tornatiles auree: plene
hyacinctis. Venter eius
eburneus: distinctus sa
phiris. Crura illius co
lumpne marmoree: que
fundate sūt super bases
aureas. Species eius vt
libani: electus vt cedri.
Guttur illius suauissi
mū: et totus desiderabi
lis. Talis ē dilectus me
us: et ipse ē amicus meus
filie ihrusalem. Quo a
bijt dilectus tuus o pul
cherrima mulierū? Quo
declinauit dilectus tuus.
et queremus eum tecum?
Dilectus meus descēdit
in hortū suū ad areolas
aromatū vt ibi pascat
in hortis: et lilia colligat
Ego dilecto meo et dile
ctus meus michi qui
pascitur inter lilia. Pro
lecō nocturno resumitur.
Sermo sci augustini epi.
videlicet. Adesto nobis di
lectissime. Et filii pro ter
tio nocturno resumuntur
Omelia sancti iheronimi
presbiteri sci. In ysaia le
gimus ℣. Pro quarta
die de cātico cāticoꝝ. Le. j.

POlchra es amica mea suauis
et decora sicut
ihrusalem: terribilis vt
castrorum acies ordina
ta. Auerte oculos tuos
a me: quia ipsi me auo

lare fecerunt. Capilli tui
sicut greges caprarum: que
apparuerūt de galaad.
Dentes tui sicut greges
ouū: que ascenderūt de
lauacro. Omnes gemel
lis fetibus: et sterilis nō
est in eis. Sicut cortex
mali punica sic gene tue
absq; occultis tuis. Sexa
ginta sunt regine: et octo
ginta concubine: et ado
lescentularū non est nu
merus. Vna ē columba
mea perfecta mea: vna est
matri sue: electa genitrici
sue. Viderunt eam filie sy
on et beatissimam predi
cauerunt eam: regine et
concubine: et laudauerūt
eam. Lectio secūda:

Hec est ista que p
greditur quasi au
rora consurgens: pulchra
vt luna. electa vt sol terri
bilis vt castrorum acies
ordinata. Descendi i hor
tū nucū vt viderē poma
conuallū: et inspicerem
si floruisset vinea et ger
minassent mala punica.
Nesciui. Anima mea cō
turbauit me: propt̄ quā
drigas ammadab. Re
uertere reuertere sunamā
tis: reuertere reuertere vt
intueamur te. Quid vi
debis in sunamite nisi
choros castrorū. Quā
pulchra sunt gressus tui
in calciamentis: filia p̄
apis. Juncture femorū
tuorum sicut monilia: q̄
fabricata sunt manu arti
ficis. Umbilicus tuus cra
ter tornatilis: nūq̄ mdi
gens poculis. Uēter tuus
sicut acervus tritici: val
latus lilijs. Lectio tertia:

Duo vbera tua sicut
duo hynnuli ge
melli capree. Collū tuū
sicut turris eburnea. Ocu
li tui sicut piscine i esebō:
que sunt in porta filie ml̄
titudinis. Nasus tuus sī
cut turris libani: que re
spicit contra damascum.
Caput tuū vt carmelus:
et come capitis tui sicut
purpura regis nūcta ca
nalibus. Quā pulchra
es et q̄ decora dilectissima
in deliciis? Statura tua
assimilata est palme: et
vbera tua botris. Dixi. Ās
cendam in palmā: et ap
prehendam fructus eius.

Et erunt vbera tua sicut
botri vince: et odor oris
tui sicut odor malorū.
Guttur tuū sicut vinum
optimū: Dignū dilecto
meo ad potandum la
bijsq; et dentibus illius
ad rumnandū. Ego di
lecto meo: et ad me con
uersio eius. Lectio nona p̄
scēdo et tertio nocturnis re
sumūtur de sermone sācti
augustini atq; omelia sāc
ti ilxronimi ordine seruā
to. Pro die quinta de ci
nclis cantorum. Lectio p̄.

Em dilecte mi
egrediamur i
agrum: cōmo
remur in villis. Mane sur
gamus ad vineas: videa
mus si florut vinea: si
flores fructus parturiūt:
si floruerunt mala puni
ca. Ibi dabo tibi vbera
mea. Mandragore dederūt
odorem in portis nostris
Omnia poma noua et
vetera dilecte mi feruaui
tibi. Quis mihi det te
fratrem meū sūgentē vbe
ra matris mee: vt inuenā
te solū foris et deosculer.
et iam me nemo despica
at. Apprehendā te et du
cam in domū mātis mee:
et in cubiculū genitricis
mee. Ibi me docebis: et
dabo tibi poculū ex vino
condito: et mustū malo
rū granatorum meorū.

Eua eius Lectō. ij.
sub capite meo: et
dextera illius āplexabitur
me. Adiuro vos filie hie
rusalem: ne suscitetis ne
q; euigilare faciatis dilec
tam: donec ipa velit. Que
est ista que ascendit de de
serto delitijs affluens. in
nixa super dilectum suū?
Sub arbore malo suscita
tiui te. Ibi corrupta est
mater tua: ibi violata ē
genitrix tua. Pone me
vt signaculum super cor
tuū: vt signaculū super
brachiū tuū: quia fortis
est vt mors dilectio: du
ra sicut infernus emula
tio. Lampades eius vt
lampades ignis: atq; flā
marū. Aque multe non
potuerunt extinguere cha
ritatem: nec flumina ob
ruent illam. Si dederit
homo omnē substantiā
domus sue pro dilectiōe:

quasi medul despiat et cā.
Oro: mīa Lco. ix.
parua: et vbera nō habet. Quid faciem? so
ror nostre ī die quando
alloquenda est? Si mu
rus est: edificemus sup
eū propugnacula argen
tea. Si hostiū est: com
pinguamus illud tabu
lis cedrinis. Ego murus:
et vbera mea sicut turris:
ex quo facta sū coram eo
quasi pacem reperiēs. Vi
nea fuit pacifico: in ea
que habet populos. Tra
didit eam custodib: vir
affert pro fructu eius mil
le argenteos. Vinea mea
coram me est. Mille tu
pacifia: et ducenti hys
qui custodiunt fructus
eius. Que habitas ī hor
tis: amici auscultāt: fac
me audire vocē tuā. Fuge
dilecte mi et assimilare
capree hynnuloq; cerui
rū: sup mōtes aromatū.
Lectiones pro festo et tēpo
re octurne resumuntur de
sermone sci augustini at
q; de omelia sci gregorii
ordine suo to vt sc. Octa
die celebrat festū eiusdē

ti omnes sebe cruces. Cum
offitiū q̄re infra ī ordine
suo. Et fit cōmemoratio
de natiuitate btē virgis.
et consuetudine hactenꝰ
seruata. In octaua natiui
tatis beate virginis fit si
cut ipa die. In festo sci
adriani martyris. Lco. p.
Apud nicomediā
natale sācti adria
ni martyris: cū
alijs viginti tribus. Ma
ximianus cū grauissime
persequeretur xp̄ianos a
pud anthiochiam: obla
ti sunt ei quidam xp̄ia
fide ac religione insignis
simi: quos ille post ver
berum confessionem: extē
sos lignis et neruis crudis
cedi iussit: ac demde lapi
dibus ora eorū ꝯtundi
linguasq; precidi. Hec
omnia cernēs adrianus
qui erat prior offitij: di
xit ad eos. Aduro vos
per deum vestrū p quo
hec patimini: dicite mi
hi in veritate que ē re
munerato vestra: quā
expectatis phys tormē
tis. Videtur enim mihi
magna et mirifica esse.

Cui viginti tres vene
biles martyres dixerūt
Expectamus quod nec
oculus vidit. nec auris
audiuit. nec in cor hom
nis ascendit: inenarrabi
le bonū: quod p̄parauit
dñs diligētib: se. Lto. ij:
Audiens hec adri
anus: statim eri
liens stetit in medio cor:
et dixit hys qui gerebāt
exceptores offitium. An
notate confessionē mei.
cū hys sanctis ꝯ athletis
dei: qua et ego xp̄ianus
sū. Post non multū spa
cij cū audisset maxima
nus nomē eius reatum
inter nomina sanctorū
martyrū: euocato ad se
dixit ei. Insanis adriane?
Nūquid et tu vis male
perire? Adrianus respōdit.
Non insanio: sed de mul
ta insania ad sanam mētē
reuerto. Cūq; perseueran
ter que sunt fidei et veri
tatis prosequeretur: fu
rore repletus maximian
iussit eū ferro vinctū ci
rcaquis sanctis martyri
bus ad carcerē pertrahi.
Erat autē ipse iuuenis

anorū viginti octo. Lto. iij.
Cū fama celeriter p
currente: didicit
vxor illius natalia: an
cta que erat adriano
marituꝰ suus euenerāt. Et
gaudio plena q: mulier
erat xp̄ianissima. accur
rit ad carcerem: procidēs
q: ad pedes viri sui: osculā
batur vincula eius dicēs
illi. Beatus es dñe mi a
driane: quia inuenisti di
uitias quas tibi non di
miserunt parētes tui. Va
de securus iam pergens
ad xp̄m: recondens ī ipo
diuitias. quas inuenes
tempore necessitatis: vbi
de pēs dampnatorum
neminem quisq̄ habebit:
non pater filiū nō mater
filiam. non diuitie tran
seuntes: non vlla seruo
rū ambitio q patrimonij
amplitudo ad extremū
nec amicus amicū. Om
nes enī tunc propria sar
cina comitabitur. Tu do
mine mi tecum dēs xp̄i
stū: in quo omnia tua
reposuisti. Perge fidua
liter. perge ne timeas:
vt percipias promissa

ipius. Non reuocet te vl-
mtuus rerū velut vm
bra transeuntiū: non af
fines. non parentum gr
mtus. non pulchritudo
ipa corporis tui: execratio
seductorū: adulationes
amcorū: non te terreant
species tormentorū. Hor
qui tecum sunt martyrū
constantiam et patientiā
aspice: his solis intende.
Hec postq̄ Lō.mj.
gloriosissima femi
na prosecuta ē: singulor
beatissima vincula deosculans dixit. Rogo vos m
quit seruu xpi cōfortate
hunc adrianū beatissimū
montis vestris: et lucri
facite aiam eius xpisto.
Vos fitis ei patres: vt per
vos nascatur etne vite. Ad
quā adrianus dixit. Per
ge nunc soror mea in do
mū tuā: et cum agnouō
fieri interrogationē nos
tram: accersiā te vt vide
as finem rei. Post aliq̄t
dies cū questio immine
ret: beatus adrianus da
to pretio custodibus. et
datis fideiussoribus: per
rexit ad domū suā vocare
beatam nataliam. Cūq;
pergeret vidit eū quidā
qui bene eū nouerat: et
p̄cucurrens ad domū nū
ciauit nataliē eī venire.
Quod illa audiens p̄mo
non credidit. Quis m
quit potuit eum absoluē
de vinculis illis? Nō mi
chi contingat vt absolua
tur: nequando separetur
a sanctis illis. Lectio. v.
Cū puer domesti
cus superueniens
affirmāret eū dimissum:
suspicata illa q̄ martyrū fugisset: contristata
flebat amarissime. Et cū
iam videre adrianū ingaret,
proiecit que erant in ma
mbus: et accurrens clau
sit hostiū domus clamās
et dicens. Longe effugā
tur a me hic qui corrut:
et mentitus est dño deo
suo. Non loquatur mi:
nec audiam linguam do
lose egit in conspectu ce
atoris sui. Et conuersa
dicit in eū. O sine deo
p̄e omnibus hominibz.
Quis te coegit appreh̄e
dere opus quod non po
tuisti perficere? Quis te
separauit a sanctis? Aut
quis te seduxit vt rece
deres a comentu pacis
vel pausationis? Dic mi:
quare in fugā conūsus
es antēq̄ fieret pugna?
Quare proiecisti arma
tua antēq̄ videres hostē
tibi repugnantem? Quo
modo vulneratus es nec
dum emissa sagitta. Quod
facam infelicissima que
communicata sum ipio? Nō
est michi concessū vt vo
carer vxor martyris: sed
vt dicerer vxor trāsgressō
ris. Ad horā fuit exulta
tio mea: et ecce per secula
erit opprobrium meum.
Qui beatus Lō.vj.
adrianus p̄e fori
bus stans dicebat. Aperi
michi soror mea natalia:
quā non sicut tu erisi
mas effugi martyrium.
Nem autem propterea q̄
mstat tempus questionis
nostre: vt sicut promisi
presens fias. At illa non
credens: videt iquit: quo
modo me seducat trāsgres
sor? Ecce quomodo men
titur alter nudus? Recc
de a me homo: nam ante
meipsum interficiā: q̄ ti
bi socer. Cumq; beatissi
mus martyr de zelo tipi
a cōiugis letus sermon
bus suis ei satisfecisset:
et misi citius aperiret mo
nas se facere nō posse asse
reret: tandem illa ei apen
ens prouoluitur ad pedes
eius. Et q̄ citius ide ex
euntes properabant ad co
fessionem: vt in numero
coronatorum adrianus
inuenretur. Lectio. vij.
Dmq; adhuc esset
in via: dixit beat⁹
adrianus. Soror mea:
dic quomodo ordinasti
substantiam tuam? Cui
illa. Noli dñe mi noli me
morari iam que sunt mū
di huius: ne attrahāt am
mū tuū. Auferantur ab
animo tuo omnia corru
ptibilia: solūmodo illa fe
stina videre que reposita
sunt tibi: et sanctis cum
quibus ambulas in via
dei. Completa itaq; die
vt producerentur exhibi
ti sunt beatissimi martyres
in conspectu maximiani:
putrefactis iam iam carni
bus eorū p̄e acerbitate

tormentorũ: vt vermes de vlceribus eorũ scaturirent. Natalia vero apprehens se beato adriano viro suo dicebat. Vide dñe mi: vt solũmodo ad deum fiat mens tua: ne tuũ cor in aliquo trepidet: dũ videris tormenta tibi proposita. Labor quidẽ nunc modicus: sed in secula seculorũ eterna repausatio. Leo. viij.

Adrianus respiciens adrianum ait. Adhuc tu permanes in insania? Beatus martyr respondit. Pro hac amentia et insania paratꝰ sum hanc vitã finire. Iratus post piam cõfessionẽ ipius tyrannus: iussit cũ tam crudeliter inuicem sibi succedentibus flagellatoribus cedi: donec aptus costus viscera patefierent. Iterum constrictus ferro in carcerem mittit. Et cum aliquibus diebus cum reliquis sãctis dei clausus ibi fuisset: tãdem reductus simul cũ eo alij quos immẽsitas penarũ pene absũpserat: sistitur maximiano. Qꝫ ille iam videns irreuocabiles: iussit vt vecte magno ferreo confringerẽtur tibie eorũ. Cõfractis itaqꝫ eorũ cruribꝫ ac pedibus incisis: in super beato adriano incisa manu: orantes et gratias agentes domino emiserũt spiritum. Lectio. ẽ.

Orpora eorũ iussit tyrannus incendi: sed subito facte sunt due rusticationes cũ tonitrua et pluuia: et extinctus ẽ ignis. Plurimumqꝫ de apparitoribus fulminibꝫ percussi: pauci fuga vix euaserunt. Accurrentes interea xpiani: rapuerũt ex igne iam extincto reliquias martyrũ. Et ascẽsis nauibus fugerũt: peruenerunt qꝫ byzantium: et reuerenti honore susceperunt eas ibi. Non longo post tempore: beati adriani corpus romã etiã translatũ honorabili in templo ornatũ est. Natalia vero et ipa de medio media sanctorũ martyrũ amore byzantiũ emigãs: post paucos dies aduẽtus sui dormitionem accepit in dño: et iuxta sanctorũ corpora: sepulta ẽ kalendis decembris. Passio horũ martyrũ agitur sexto idus septembris: ad laudem dñi nri ihesu xpi: qui cũ patre et spũsãcto viuit et regnat in secula seculorum. ℟ In festo sã gorgonij martyris. Leo. j.

Passio beatorum martyrum dorotei et gorgonij: apud meomediam sub diocletiano imperatore. Horum prior dorotheus magister in officijs que mtra palatiũ exhibebantur: erat cubiculi regij prepositus: habens secum offitio. fide et magnanimitate. parem gorgonũ. Quorũ institutionibus optimis omnes pene cubiculi mmistri: in fide dei vigilanter et libere persistebãt. Hydemqꝫ cum viderent quẽdam martyrẽ crudelibus atqꝫ inmanibus supplicijs cruciari: constanter et libere: cur auit imperator primus in hoc solo sentẽtiã que in nobis omnibus viget? Vt quid in illo crimen inducatur. quod a nobis omnibꝫ confitet? Hec nobis fides: hic cultus vnanimis: eademqꝫ sententia. Quos ille mdiu lominus cũ i medium venire iussisset: iussit eos appendi: et flagris toto corpore lamari: et visceribus iam pelle nudatis iubentur aceto et sale perfundi. Cũqꝫ etiã hoc genus tormenti constãter ac fortiter tolerassẽt: cratícula primus subter strata pomitur in medio. Ibiqꝫ quod reliquũ fuerat in verberibꝫ assũpti corporis superpon: et non ad subitũ: sed sẽsim paulatimqꝫ succendi. Ad vltimũ laqueo appensos iussit necari. Interiecto vero tempore beatus gorgomus romam transfertur: positusqꝫ est venerabiliter via latina. iter duas lauros. Cõpleuerunt autem martyrium sinum quinto idus septembris. ℟ In festo scõrum martyrũ prothi et iacinthi. Leo. p.

Dome via sala
ria vetere in cy
mitterio basille:
natale sanctorū prothi
et iacinti: qui erāt eunu
chi beate eugenie virgis
cū qua ab heleno episco
po baptizati: aliq̄to tp̄e
diuinis solū eruditionib⁹
bus vacantes in sancto
proposito perstiterunt: at
q; in seruorum dei mona
sterio mira humilitate
conuersati sunt: et hoc a
pud egyptū. Inde cū bea
tissima virgine romam
reuersi: sub galieno ip̄era
tore q; essent xp̄iani dep̄
hensi. cogūtur sacrificare
Sed non consentientes
durissime verberantur.
Cūq; deo fidem seruantes
gauderent: pariter decollā
tur tertio ydus septēbris.
Post hec tenetur beata eu
genia: et iubetur a prefec
to vrbis miceno diane sa
crificia exhibere. Que stās
ante templū: manibus
extensis fudit oratiōnē.
Qua orante simulachrū
diane ita cōmutum est:
vt sola pulueris eius in
dicia remansissent. Sed
magicas artibus hec repu
tantes: ingenti saxo cir
ca scapulas eius cōstricto:
in thyberī eam precipitem
dederunt. Quomodo au
tem agonem passionis
sue compleuerit breuiter
supra notatum est. octa
uo kalendas ianuarij:

In exaltatione sanctis
sime crucis. Ad matutinas
Inuitatorium:

Xpristum regem
dominū p nobis
i cruce exaltatū.

Demte adoremus. ps. De
mte exulte. ym. Pangt
lingua. In p. noctur. añ.
Nobile lignū exaltatur xpi
fides rutilat dum crux ab oi
bus veneratur. ps. Beatus
vir. añ. Sacra crux extol
litur a cunctis regib; virga
regia erigitur in qua salua
tor trūphauit. ps. Quare
fremuerūt. añ. O crux ve
nerabilis que salutem attu
listi mīsens quibus te refe
rum preconijs quia vitam
nobis celibem preparasti. pr.
Dñe quid multi. ℣. Hoc
signū crucis. Lectio. pma.

Quom venerabile lignū sancte crucis
ablcleña constantinus ma
tre iuentū fuisset: ita per
medū sectū est: vt crux
stantinopolim portari sit:
et crux iherosolimis fixas
argenteis sit reseruata.
Multorū itaq; temporū
labente curriculo: focas ro
manis imperante: perse
aduersus rēpublicā cos
droe rege grauissima bel
la gerentes: multas roma
norū prouincias: q ipam
iherosolimam inuadunt.
Et destruentes ecclesias
sanctaq; loca prophanā
tes: inter ornamenta sa
cra que ablulerunt: etiā
vexillū dominice crucis
abducunt. Fecerat nāq;
quosdroe rex turrē argen
team: in qua interlucen
tibus gēmis thronū ex
truxerat aureū. Ibiq; so
lis quadrigam. lunei stel
larū ymagines collocaue
rat: atq; per occultas fis
tulas aque meatus addu
xerat: vt quasi deus plu
uiam desuper videretur i
fundere. Et dū in subter
raneo specu equis m ar
cautu trahentibus carum
acta turris fabrica move
ri videbatur: quasi quodā
modo rugitū tonitrui imi
ta possibilitatem artifi
mentiebatur. Qui etiam
in tantam prūpere audaci
est pteruiam: vt ab mco
lis vicinarū gentium qs
impetu vastans barbarico
suo nephando sbiugarat
imperio: coli se uiberet vt
deum: vocariq; regē regū
et dñm dominantiū. Re.
Trophēū crucis vndiq; distē
ditur. ab vniuersis hodie ex
altatur. qua hoc est signū
quod leuauit dñs in natio
nes. Et congregauit disper
sos israel. ℣. Sceptrū cru
cis aureū pretendit omni
potens. quo clementie sig
nū fidelibus demonstrauit.
Et congregauit. Leo sēda.

In hoc itaq; loco se
dem sibi preparauit
rat: atq; iuxta se collegam
sibi crucem dominicam po
suerat: filioq; suo tradito
regno. ipe in phano hui?
cemodi residebat. Mortu
oq; phoca eraclius impe
rator creatur: vir strenuus
et armis exercitatus: lin
gua eruditus: corpore de
corus. Pergens itaq; fi
lius cosdroe contra eraclū:
iuxta danubiū fluuiū cū
suo descendit exercitu. Tā
dem inspirante clemētia
saluatoris. vtrisq; prima
pibus placuit: vt et ipi
singuli in medio fluuiis
pōte dimicarent cōfligere
rent: et cui sors victoriā
contulisset: ipe sine damp
no vtriusq; exercitus ipe
rium vsurparet. Decreuerē
etiam cum iuramēto: vt
si aliquis ex eorū populo
principi suo venire i au
xiliū presumpsisset: cruri
bus erectis et brachijs
mergeretur in flumine.
Cumq; vtriq; populo
hoc placuisset: ipi duo
dimicantes i pontis me
dio congressi sunt. Deus
autem illis inter se certā
tibus: tandē dñs pul
satus lachrymis xpianor
per virtutem sancte crucis.
cui se die eodem memorat
princeps attentius cōmē
dauerat: fideli suo eracho
clio concessit de hoste tri
umphū. Tantaq; mētis
immutatio cosdroe inualit
exercitū: vt voluntarie
omnes eracho se subderēt
tā pace q fide. Quos il
le benigne suscipiens in
hoc illis clementiam pre
stitit: vt omnes ad bap
tismū conuolarēt. Quod
vtiq; se facturos pariter
cum ch sponderunt. Re.
Nos autem gloriari oportet
in cruce dñi nostri ihū xpi.
in quo est salus vita q resur
rectio nostra. Per quē sal
uati et liberati sumus. ℣.
Tuam crucem adoramus
dñe et recolimus gloriosam
passionē. Per quē. Leo añ.

Ipse autem xp̃i a
missimus p̃ceps
regna que cosd:oe tenue
rat aramquaq; plustrãs.
ad sedem illius peruenit: cãr
et cũ pauas ad eũ ascen
dit: sedentemq; i throno
repperit aureo. Cũq; cosd:oe
d:oe tremefactus salutа
cionis verba p:oferret ex
clio: ip̃e respondit. Si vis
salutem habere perfectam:
p:o eo q; lignum sancte
crucis q̃uis indignus.
honorifice tamen uirtu
modulũ tuum tractasti:
et si credere in dn̄m ihesũ
xp̃m volueris. cũq; in ve
ritate confessus fueris: re
gnũ persarũ tibi tantum p:o
patrimonio et vitа acep
tis a te pauas obsidibus
dabo. Si autẽ aliud ege
ris: mor meo gladio in
terbis. Cũq; cosd:oe sa
lutiferis monitis nequaq̃
acquiescеret: exclius ex
tracto gladio caput eius
amputauit. Tamen cum
sepelиri fecat qua rex fuat:
et q̃n honorem domum
ex crua detulerat: filiumq;
eius vmcũ de sacro fonte
suscepit. Erat enim tunc
annorũ decem. Descriptu
ones etiam regni persa
rũ sub eius nomine fieri
precepit. Totũ vero argẽ
tũ turris illius: i p̃dam
sibi exeratus deputauit.
Aurũ vero et gemmas. a
vasa. et reliqua vtẽsilia:
ad restaurationem eccle
siarũ quas tyrãnus destru
erat reseruauit. ℟. Vir
gam extendit altissimus et
in fauũ nostre redẽptionis i
tingens caligmose nubis te
tra clarificans. Cecorũ ocu
los signaculo crucis repara
uit. ℣. Crucem exclius le
tanter suscepit succũbit cos
d:oe et deus suus magnalia
prestat. Cecorũ. In secundo
nocturn. añ. O crux victo
osa et admirabile signum.
in celesti curia fac nos capta
re trũphũ. ps. Cũ inuo
carem. añ. Funeste mortis
dampnatur supplicũ. dum
xp̃us in cruce nostra destru
xit vmcula criminum. ps:
In dn̄o confido. añ. Rex
exaltatur in ethera. cũ tro
pheũ crucis ab vmũsis xp̃i
colis adorатur per secula.
ps: Dn̄e in virtute. ℣.
Adorамus te xp̃e et benedi

cimus tibi. ℟. Quia per
crucem tuam redemisti mun
dum: Lectio. m̃j.

Rex vero exclius su
sapiens ligmũ sãc
te crucis ihersolimã p:o
perat: omnesq; gaudẽtes
populi cũ hymnis et can
ticis obuiam pergũt. Cũ
q; de monte oliueti descẽ
disset: et per eam p:otam
quã dn̄s intrauit quãdo
ad passionem venerat ip̃e
equo regio ornamentis
imperialibus decoratus
sedens voluisset intrare: re
pente lapides p:ote caden
tes clauserunt semitam:
et factus est paries vnus.
Cũq; mirarentur attoni
ti: immoq; terrore et me
rore constricti: respiacẽtes
in altum viderunt signũ
crucis in celo flãmeo ful
gore splendere. Angelꝰ
autẽ dn̄i accipiens illud
signũ crucis in manibus:
super p:otam stetit. et aut.
Quando rex celorũ q̃ dn̄s
totius mundi passionis
sacramenta per hãc aditũ
completurus itrauit: nõ
se purpuratum nec dia
demate rutilantem exhi
buit: aut equi potẽtis ve
hiculũ quesiuit: sed hũi
lis asselli terga superscdẽs.
cultorибus suis humilita
tis exemplũ reliquit. His
dictis confestim angelus
dn̄i ad celos rediit. Tunc
imperator gaudens de visi
one angelica. depositis ip
si⁹ insignijs: discalciatus
protinus crucem i mambꝰ
sus sapiens. properabat ad
p:otam. Statimq; p:ota
se erigens: liberũ intranti
bus patefecit ingressum.
Et cum magno honore:
imperator p:eciosam par
tem ligni quam secum de
tulerat suo loco restituit.
℟. Incessus humiles dauid
exhibuit cui arcba dn̄i fertur
a populo. Christi signaculũ
in mundi medio dũ se pbuit
humilem in crucis termino.
℣. Crucem p:otat humeris
tyro magnificus p:otam in
greditur perfusus lacrimis
deponit regia supplexq; hu
milis. Christi. Lectio. v.

Statuta vero cruce
suo loco: gloria dn̄i
replent templum. Imce
bat eũ odor suauissimus
volitans: oia aromata.

et thuma balsam atq; mir
re. Confestim populans
gaudij fauor ī altū sbla
tus: diuinam laudabat
potentiam. Sicq; etiaz
gloriosius semper augustꝰ
crūpens ait. O crux admi
rabile signū: in qua dñs
noster ihūs xp̄ūs dei filiꝰ
pendens pro nostrozū pō
dere criminū: mortis dīp
nauit supplitiū. O sāgiuꝰ
eius adorandus a throms
et angelis: qui effusiuꝰ est
in nostre salutis p̄cauī.
O crux splendidioz cūctis
astris: mundo celebriꝰ. ho
minibus multū amabilis.
sanctioz vniuersis: que so
la fuisti digna portare ta
lentū mundi: dulce lig
nū. dulces clauos. dulce
pondus sustinuisti. Sal
ua p̄sentem cateruā in
tuis hodie laudibus con
gregatam: et tuo vexillo
signatam. ℟. Templi do
mina completo opere con
fert donaria salomon sapi
ens crucem apostolis mātē
discipulo. Pacem hūilibuꝰ
dat xp̄ūs singulis aursus ma
gnifica adepto bramo. ℣.
Offert magnalia p̄mceps
magnificas et p̄mulegia de
dit ecclesijs tendit ad pro
p̄ria completis omnibus.
Pacem humilis. Lectō. vj.
Hec cum diuisset fle
xis genibus cum
lachrymis osculatus ē sāc
tam crucem: p̄cē dās om
nibus famulis ꝛ dei seruis.
Tunc reuocante deo anti
qua miracula: eodem die
mortuus vnus recepit p
p̄riam salutem et samta
tem. Paralytica quoq; q̄
tuor amissam adepti sūt
sanitatem: leprosi vero de
cem cutē recep̄erunt mūdi:
quindecim quoq; cecꝰ lucē
sanitatem restitutam ac
ceperunt. Plurimi etiam
a demonibus erepti: mul
tiq; alij varijs infirmita
tibus sunt liberati. Unde
ab vniuerso terrarū orbe
digne colitur: digneq;
glorificatur nomē signī
q; viuifice crucis: p quā
vita et salus est credētib;
restituta. Tunc imperator
offerens multa donaria:
ecclesias reparari fecꝫ sius
sumptibus: reddens p̄
uilegia sua auctoritate
p̄rolata: restituens cap
tiuos in p̄priā: dans o
portuna p̄sidia. Cōstā
tinopolim rediit diuina
potentia rectus: perseue
rans in sancte crucis sig
naculo: perapiensq; mi
raculorū eius plurima
incrementa: donāte dño
nostro ihū xp̄o: cui ē ho
nor et gloria cum patre ꝛ
spūsancto per omnia se
cula seculorum āmē. ℟.
Confertur sanctas dine sau
tatis cum dei famulus ī lu
gno sublim serpentē exal
tat. Et deuicta morte salus
acquiritur cū xp̄ūs i cruce
altius sublimatur. ℣. Arbor
digniss̄ima dum plebi p̄m
ditur resurgit mortuus an
tiqua miracula renouātur
Et demeta. In. nj. noctur.
Adorāmus te xp̄e cū
benedicamus tibi. quia per
crucem tuam redemisti mū
dum. Ps Cantate. j. ant.
Per lignū seruꝰ facti sumꝰ
et per sanctam crucem libe
rati sumus fructus arboris
seduxit nos alla. Ps. Dñs
regna. exultet terra. ant.
Saluator mūdi salua nos
qui per crucem ꝛ sanguinē tuū.
redemisti nos auxiliare nob
te deprecamur deus noster.
Ps. Cantate. ij. ℣. Om
nis terra adoret te deus et
psallat tibi. ℟. Psalmum
dicat nomi tuo. Secundum
In illo tohānē: xij.
tempore. Dixit ihc
suis discipulis suis. Nūc
iudicium est mūdi: nunc
princeps huius mundi
ejicietur foras. Et reliq̄:
Omelia sancti augustini
episcopi. Lectio. vij:
Nunc inquit iudi
cium ē mūdi. Quid
ergo expectandū ē in fine
seculi? Sed in fine seculi
quod expectatur iudiciū
erit iudicandorū vnorū
atq; mortuorū. Judiciū
erit p̄mmorū penarū q;
eternarū. Quale ergo nūc
iudiciū est? Jā in superio
ribus lectionibus q̄tum
potui cōmoui charitatē
vestram: dicēs etiam iudiciū
non damnationis sed di
scretionis. Unde scriptum
est. Judica me deus ꝛ di
scerne causam meam de
gente non sancta. Multa
autem sunt iudicia dei.
Unde dicitur in psalmo.
Judicia dei abyssus multa.

Dicat etiam apostolus. O altitudo diuitiarū sapiē tie et scientie dei: q̄ i cō prehensibilia sunt iudia ā eius. Et quibus iudiasſ etiam hoc est: quod hic a it dñs. Nunc iuditū est mūdi: seruato, in fine iu ditio: vbi nouissime vnu et mortu iudicandi sūt. Re. Dulce lignū dulces cla ūos dulce pondus sustinuit. Que digna fiut portare pre cū seculi. ℣. Hoc signū cru cis erit in celo cum dñs ad iudicandū venerit. Que di.

Dicebat Alco. vij. ergo dyabolus ge nus humanū: a reos sup plicioꝝ tenebat cyrogra pho peccatoꝝ. Dominabatur in cordibꝫ filioꝝ incredulitatis ad creaturam colendā de serto creatore: deceptos captiuosq; pertrahebat. Per xpi autem fidem que morte eius et resurrectio ne firmata est: atq; per eius sanguinem: qui in remissionem effusus est peccatoꝝ: multa milia credentiū a dominatu dyabo li liberantur: et xpo copu lantur: et sub tanto capi te vno eius spū fideliū mē bra vegetantur. Hoc vocabat iuditū. hanc diſtinctionem: hanc a suis redēptis dyaboli expulsionem. Demq; attende q̄d dicat: quasi quereremus quod est quod aut: nunc iudicium est mundi: secutus exposuit. Aut cū: Nunc princeps mundi huius ejicietur foras. Audiuim quale dixerit ēe iuditū. Non ergo illud quod in fine venturū est. vbi vnus et mortuus iudicādi sunt. alys ad sinistram alys ad dextrā sepatis. Sz hūc est iuditū quo princeps mundi huius ejicietur foras. Quomodo ergo iustus erat et quomodo cū dixit eyciendū foras: Hūquid i mundo erat: et extra mundū missus est foras? ℟. Hoc signum crucis erit in celo cum dñs ad iudicandum venīt. Tūc manifesta erunt abscōdita cordis nostri. ℣. Cū venerit filius hominis i sede maiestatis sue et aperit iudicare seculum per ignē. Tunc manifesta erūt. Lectō. vj:

Cū ergo de illo iudicio diceret quod in fine venturū est: posset aliquis opinari eternū ignem: quo mittēdus est dyabolus cum ā gelis suis. et cum omnib; qui sunt ex parte eius: non natura sed vitio: non q; ceciderunt et gemunt: sz quia persuasit et tenuit. Posset ergo aliquis opinari illū ignem extra mūdū esse: et ob hoc esse dictū ejiciet foras. Quod vero aut nūc iudicatū est mūdi exponēs quid dixerit nunc i quit princeps huius mundi ejicietur foras: hoc intelligendū est iuditū quod nunc fit: non quod tanti post futurū est in nouissimo die. Præuidebat ergo dñs q̄ sciebat post passionem resurrectionē et glorificationem suum per vniuersū mūdū multos populos credituros: i quoꝝ cordib; dyabolus intus erat: cui quando ex fide renūciant: et quando non tenet locū cordis vbi vera fides habitat: eiectus est foras. Sed dicet ali quis. Nūquid de cordib; patriarcharū et prophetarū veterūq; iustoꝝ non est eiectus foras? Eiectus est plane. Quomodo ergo dictum est nūc ejicietur foras? Quomodo putam? nisi quia tunc quod i paucissimis hominibus factū est. nunc in multis magnisq; fit populis. In festo sanctoꝝ martyrū. cornelij et cypriani. Lectō prima.

Cornelius natione romanus ex patre eusebio: sedit annos tres. dies decem martyrio coronatur. Sub huius novatus novatiani extra ecclesiam ordinauit: eraphica michostratū. Hoc facto confessores qui se separauerunt a cornelio cū maximo presbitero: qui cū moyse fuit ad ecclesiam sunt reuersi: et facti sunt confessores fideles. Post hec cornelius episcopus centū cellis pulsus est: et ibi scriptam epistolam de sua confirmatione missam a cypriano: quā cyprianus in carcere subscripsit a celerino lectore

suscepit. Hic temporibus suis rogatus a quadã matrona lucina: corpora apostolorũ petri et pauli de ca tacũbis leuauit noctu. Primũ quidem corpus beati pauli beata lucina posuit in predio suo via hostiẽsi: ad latus vbi decollatus est.

Beati autẽ Lectõ. ij: petri corpus accepit beatus cornelius episcop⁹: et posuit iuxta locum vbi crucifixus est: inter corpora sanctorũ martyrum episcoporũ in templo apollinis: in monte aureo in vaticano palatij neronis. tertio kalendas iulij. Post hec cornelius epũs ambulauit noctu ceutũcellis. Eodem tẽpore audiuit detius de eo q̃ episto lã accepisset a beato cypriano carthaginensi episcopo: misitq; ceutũcellis et adduxit beatum cornelũ. Quem iussit sibi presentari cum prefecto vrbis i tellude noctu: cui ita dix. Dic definisti: vt nec deos consideres: nec precepta principũ vel minas nostras timeas: vt cõtra rẽ publicam litteras accipias et dirigas? Cornelius episcopus dixit. Ego de corona dñi litteras accepi: non cõtra rẽpublicã: sed spirituale consiliũ ad animas redimendas. Lectõ. iij:

Tunc detius iracundia plenus. iussit os eius cum plumbatis cedi: et precepit cũ duci ante templum martis vt adorare q̃ si nõ faceret capite truncaretur. Itaq; ante passionẽ suã omnia bona ecclesie tradidit stephano archidiacono suo. Hic fecit ordinationes duas p mẽsam decembus. presbiteros quatuor. diaconos quatuor. episcopos septem. Qui etiam decollatus est in loco supradicto et martyr effectus est. Cuius corpus noctu collegit beata lucina cũ clericis: et sepeliuit in crypta iuxta cymiteriũ callisti in predio suo via appia. decimooctauo kalendas octobris: et cessauit episcopatus dies vi gintiquinq;

De sco cypriano epõ. Lectõ. iij:

Apud affricã beati cypriani epi sub valeriano et galieno imperatoribus: galerio maximo procõsule. Quibus agentibus et elaborantibus: comprehensus ex precepto aspasij paterni proconsulis in exiliũ ciuitate cordubitana missus ẽ. Habitauitq; ibi suspẽsa mẽte: tantum ad calcandas passiones huius tẽporis amore xpi aiatus. Quo conuenebant ad cũ plures egregij, clarissimi ordinis et sanguinis: sed et seculari nobilitate gloriosi: qui propter animam eius antiquã secessũ sibi inde suaderẽt. Et ne parũ esset nuda suasela: etiam loca in qua secederet ei offerebãt. Lcõ. v.

Post dies autem multos egressus de exilio habitabãt i hortis suis. Et cum illic moraretur: venerunt ad eũ duo principes ex officio proconsulis galerij maximi: qui aspasio paterno successerant. Et leuãtes eũ in curriculo duxerũt ad proconsulem i locũ serti: vbi pro reparanda sanitate degebat. Collectusq; ab aristore officij: secessit in hospitiũ eius i viã saturni. Conuenit autem ad eum omnis populus fratrũ. Quod cũ comperisset beatus martyr: precepit custodiri puellas q̃ venerant audire verbum dei: quoniã ante hostium principis manebant obamorem martyris gloriosi.

Altera die Lectõ. vj. decimooctauo kalẽdas octobris: mane galerius maximus sanctũ cypriani episcopũ offerri sibi p̃cepit in atrio secutiolo. Cum inter alia cũ diuisset p cõsul: iusserunt te sacratissimi principes. cerimoniari: sanctus cypr̃ianus dixit. Non faciam. Maximus proconsul dixit. Consule tibi. Sanctus cypr̃ianus dixit. Fac quod tibi p̃ceptũ est. Nam in re tam iusta: nulla cõsultatio ẽ. Maximus proconsul dixit. Diu sacrilega mente vi

ristī: et nephandos tue cō
spirationis hominesq; ag
gregasti: et inimicum te
os romanis et sacris reli
gionibus constituisti: nec
te pij imperatores ad sectā
ceremoniarū suarū vocare
potuerunt. Cum ergo sis
nequissimus omnium auc
tor et signifer: deprehēsus
eris ipō documento. cū hijs
quos in scelere tuo tecū ag
gregasti: vt sanguine tuo
satientur disapline tue.
Et hijs Lectio. vij.
dictis decretum er
tabella recitauit. Latius
cypriani gladio animad
uerti placet. Sanctus cy
prianus hec audiens dixit
Deo gratias ago. Et cum
duceretur: populus fra
trū plangens dicebat. Et
nos cū eo pariter decollem.
Et ita perductus gloriosus
martyr post pretorū in a
gro sexti: exuit se lineo
birro: et cōplicās posuit
ad genua sua. Deinde dal
maticam tunicam tulit et
diaconibus tradidit: et
stans in linea sustinebat
speculatorem: cui viginti
quinq; aureos dari precepit.

Fratres Leō. vij.
vero flentes inte
rim et oratū ante eū
ponebant: ne sanctus cru
or defluens absorberetur
a terra. Qui cū licinias
manibus sibi ligare non
potuisset: iulianus pres
biter et iulianus diacon
ipi ligauerunt. Ipse vero
manu propria sibi oculo
erit: et genua in terra
posuit: orationemq; ad
dominū fudit: et sic gla
dio percussus migrauit.
Corpus eius propter gē
tilū curiositatem in pro
ximo collocatū est. Sed
ne a gentibus tolleretur:
nocte aduemente et eodē
loco vbi positum fuerat
sublatū est: et inde cum
cereis et scolantibus in a
rea cuiusdam candidi p
curatoris in via mapāli
ense iuxta piscinas: cum
magno triumpho sepul
tum est. Lectio. nona:
Post multa vō cur
ricula annorū glo
riosissimo karolo frācis
imperante: contigit lega
tionem francorū fertes
illustres ac sapientes ar

aīspectos legatos trāsitū
per affricā fecisse. Hy cū
arthaginem diutam q
loca venerabilū martirū
reuerentes a rege persarū:
qui exceptā media totum
pene tenebat orientē vi
dissent: facile sibi conci
liato principe ac fauorē i
re tali prestante. pio ma
gno munere rogauerunt:
vt ossa beati cypriani eis
ferenda permitteret. Quod
ille non magnum ducēs cō
tinuo postulata cōcessit:
vt quia pio imperatori
cuius gratiam omnium
qui in toto orbe terrarū.
erant regum ac principū
amicitie preponeret ipsi
ea ferrent libenter assēsit.
In festo sancti mcome
dis martyris. Lō prima:
Natale sancti mco
medis martyris
quem flaccus co
mes cum ad eum perlatū
fuisset q; corpus sācte fe
licule virginis quā ipse
pro xpō pumerat sepeliū
set. fecit teneri: et duci ad
sacrificandū. Qui cū di
ceret ego non sacrificabo
nisi deo omnipotenti qui

regnat in celis: non hijs
exanimis lapidibus qui i tē
plis quasi in carceribus
custodiūtur clausi plum
batis diutissime cesi mi
grauit ad dñm. Corpus
eius in tyberim precipita
tū est: quod a clerico ipi
nomine et opere iusto col
lectum: et perductum ad
horti cellū suū: sepultum
est iuxta muros via nu
mentana In festo scōr
martyrū lucie et gemmiane
et sancte euplemie virgis
et martyris. et fit officium
plurimorū martyrū. Lc. p.
Imperantibus
diocletiano et
maximiano: iu
diciabus abophrasio et me
grisio: passio sanctorum
lucie et gemmiani. Nam
serat autem beata lucia i
viduitate annos triginta
ser. Totus autem vite
ipius fuerant anni sep
tuagintaquinq;. Que
accusata a filio cuprepio
q; xpiana esset: iussit eā
diocletianus sibi adduci
et dixit ei. Audio quia
reum illū crucifixū confi
teris: et deos nros deridet.

Nunc ergo si parata es
vuicere: parati sunt q̄ dij
omnipotentes. vt eis of
fenas thum: vt possint ti
bi esse propitij et viuas.
Sancta lucia respondit.
Nec sunt sibi propitij nec
cultoribus suis. Nam in
propiciabitur dñs meus
ihūs xp̄ūs: pro cui amo
re parata sum ignem. vin
cula. et quas volueris pe
nas sufferre. Lectio. ij.

AVdiens dyocletianꝰ
constantiam fidei
eius: iussit eam trahi ad
carcerem: vbi consolatio
nem diuinam promeruit.
Reducta autem iterū an
te dyocletianū sedentē pro
tribunali: extensa est glo
riosa femina. et fustibus
diutissime verberata. Et
ecce subito terremotꝰ fac
tus est: et templū iouis
ita subrutum: vt nec la
pis super lapidem edificij
remanserit. Dyocletianꝰ
autem ollā ereā adduci fe
cit: eamq; pice et plūbo
iussit impleri et i circuitu
ligna aggregari et succē
di: et sanctam luciā intra
ollam demergi. Vbi sētā
dei psallens triduo vixit.
Mittens vero dyocletia
nus qui renunciaret ei.
si tota iam in cinerē ēet
resoluta: is qui missus
fuerat nunciauit impera
tori q̄ absq; vlla lesione
vuiuret. Tunc impius tā
to miraculo nullo modo
ad credendū xp̄o ī catus:
iussit vt onerata ferro et
plumbo per cuitatis pla
teas duceretur. Lectō. iij.

CEruerunt autē
ante domū hōmis
p̄potentis nomine ge
mmam: in cuius domo
demonū simulacra inu
mera erant. Cūq; sancta
lucia domū ip̄am pertrā
sisset: subito colūba alba
velut nix de celo sup caput
gemmiam tertio figurā
crucem reledit. Gemma
nus respiciens: vidit sibi
patere celū. Et statim ar
ripiens cursum: peruenit
ad locū vbi iam sētā dei
torquebatur. Et p̄ostern
nens se pedibus eius: ce
pit narrare quod vidit:
et baptisma luuachrum
expetere. Reducta est igi
tur beata lucia i carcerē.

Erat autem quidā sacer
dos p̄othalius nomine
Cui nocte appāruit ange
lus dñi: monuit vt iret
ad carcerem: et hominem
gemmianū. qui fontem
salutis requirebat bapti
zaret. Qui cū cucurrisset
festinus abiit: et beatā
virū aqua salutari lauit.

POst tertiū Lēō. iij.
vero die exhibita
est sancta lucia dyoclecia
no. et cū ipa gemmianꝰ:
de quo iam imperator
audierat. Quos ille pe
nis grauissime afflictos
diuq; torquos: tradidit
carnifici peruersissimo iu
dici: vt quod deerat pe
narū ip̄e suppleret. Qui
primo iussit cervices eoꝝ
fustibus cōtūdi: et mox
terremotu facto camera
domus iudicaria ceciderit
et iudicem impiū oppres
sit. Deinde sēti martyres
exhibiti sunt primo ab
abofrasio: sub quo septu
agintaquinq; martyrū
impleuerūt. q̄ visis
miraculis que circa sāc
tos suos dñs operabatur
crediderant. Hic impius
simus iuter: post sāctoꝝ
horū martyrum necem:
a diabolo equus eius in
atuatus de lapideo ponte
precipitatus est ī fluuiū:
corpusq; eius postea mul
to loco repertum est. Dein
de beata lucia et beatus ge
mmianus a megasio cō
sulari viro arcati: post lau
dabilem victoriā martirij.
gladio animaduersi sūt:
sub die septimo kalēdas
octobris. Quoꝝ corpora
rapuit quedam mulier
xp̄iana nomīe maxima:
et vt decuit martyres se
peliuit. Ic. ỹ. pscā euphemia.

NAtale sancte euphe
mie virginis: que
martyrizata est sub dyocle
ciano imperatore. procō
sule autem prisco: i ciui
tate calcedona. Que de
ferente imquissimo ap
polliano cum aliis qua
draginta et nouē tradi
ta est proconsuli prisco.
Cui prisc⁹. Honora te
ipām et generis tui dig
nitatem ne amittas: et
īmola deo marti. Beata
euphemia eius imq̄ sua
sionem contempnens:

pectus suū signaculo xp̄i
munens ip̄territa stetit.
Prusias iratus vt eā su
perare posset post tormen
ta et carceres: etiā verbera
et argumenta rotarum:
ignes ac pondera lapidū
angularū: bestias et pla
gas virgarū: secures et sar
tagines igneas adhibuit.
Ad vltimū in theatrū du
ci iussit: et leones et besti
as ei laxari. Lectio. vj:
Vnc beata virgo
fundens oz̄onem
ad dominū dixit. Tu do
mine notus omnib; qui
te inuocant fide pura et i
tegra: suscipe animā an
cille tue sicut suscepisti sa
crificiū patris nr̄i abrahe:
ita dignetis suscipere sa
crificium humilitatis mee:
quod tibi ob cōfessionem
laudis tue īmolo. Tunc
vna solūmodo de bestijs ac
currens morsū sancto cor
pori eius infixit: et ita im
maculatū spiritū virgo
deo reddidit. Dementes
autem mater eius theo
dora et philophiron pa
